

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ  
ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ,  
κατ  
ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΟΝ.

---

HIPPOCRATIS  
APHORISMIS  
ET  
PRÆNOTIONUM LIBER,

Recensuit, notasque addidit EDUARDUS,  
FRANCISCUS. MARIA BOSSUILLON,  
Eques, Saluberrimus Facultatis Parisiensis  
Doctor Regens, in Regio Franciae collegio  
Lector et Græcarum Litterarum Professor  
Regius, Librorum Censor Regius, antiquus  
Latino Idiomate Chirurgiae, et rei Herbariæ  
Professor, Societatis Medicæ Edinburgensis  
Socius.

PARISIIS,  
EXCUDEBAT J. FR. VALADE.

---

M. DCC. LXXXI.

E tenebris tantis tam claram extollere lumen  
Qui primus petuisti, illustrans commoda vitæ:  
Te sequor, ô Graïæ gentis decus, inque tuis  
nunc  
Fixa pedum pecto pressis vestigia signis,  
. . . . . propter amorem,  
Quod te imitari aveo.

LUCRETIUS

ILLUSTRISSIMO

FRANC. CLAUD. MICH. BENEDIC.

LE CAMUS DE NEVILLE

LIBELLORUM MAGISTRO,

NUPER

GALLIARUM TYPOGRAPHIAE

MODERATORI,

NUNC, APUD BENEARNENSES,

NAVARRENSES ET BAYONNENSES

MISSO DOMINICO;

HANC

APHORISMORUM

ET PRÆNOTIONUM EDITIONEM,

GRATISSIMI ANIMI

SUMMÆQUE OBSERVANTIAE

ÆTERNUM MONUMENTUM

O. D. C.

JACOBUS FRANCISCUS VALADE,

TYPOGRAPHUS PARISIENSIS.

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

1992-02-11

## P R A E F A T I O.

N U L L A profecto inter varia Hippocratis Medicinæ parentis opera , rerum gravitate atque excellentia magis videntur commendabilia , quam Aphorismorum et Praenotionum libri : cum totius artis sint veluti promptuarium , unde utilissima illius præcepta petere licet . Etenim nullib[us] optius discet Medicus , quænam in acutis victus ratio conducat , quandonam purgantia medicamenta sint adhibenda , quinam morbi diversis regionibus , statibus , necnon mulieribus sint proprii ; et demum quinam futuri sint varii acutorum exitus . Quamvis in illis libris recensendis , emendandis , et illustrandis , innumeri fere viri alii aliis celebriores iusudaverint , omnes fatentur multa adhuc obscura et ambigua superesse , quibus medela afferri nequit nisi veterum membranarum auxilio . Porro

harum multas nobiscum summa benevolentia ac humanitate communicatas cum voluerit, clarissimus vir, omnibus doctis carus, D. BEJOT, in Regia Bibliotheca Manuscriptorum custos, in collegio Francicæ Regio Eloquentiæ Professor, et Regiæ Inscriptiōnum Academiciæ socius, has cum vulgatis editionibus attente confertendo, lectiones innumerās aliis editoribus ignotas deprehendimus, quarum ope textum accuratiōrem ac priorem reddere licuit: ideo, nos optime de Medicis merituros existimāvimus, si hunc publici Juris factemus. Quam vero in delectu tot variarū lectionum ingens sit labor, quanto opus sit iudicio, soli notūnt vīti docti qui talibus rēbus operam impenderunt. Sæpe s̄pius lectiones, quæ primo conspectu optimæ videbantur, re accuratius perpensa, rejicere coacti sumus, in prīmis cum Codicūm multorum autoritate non innitebantur. Nonnullas Versiones antiquas latīno sermōne scriptas legimus;

sed nunquam ; nisi summa necessitate coacti, harum ope textum emendavimus. Una ex iis , quæ reperitur in Bibliotheca Regia, n°. 1971, cum commentariis Oribasii , et decimo-tertio seculo scripta videtur , ab omnibus aliis maxime discrepat , et nostro judicio magni est facienda. Ex illa enim patet codices a vulgaris longe diversos Oribasio cognitos fuisse ; unde cum textus græcus hodie reperiri nequeat , non solum hanc totam typis mandate , quamvis spurce et barbare sit scripta , sed etiam , multis viris doctis postulantibus , utilissima quæque e commentariis excerpere suscepimus. Evidem vir in litteris græcis maxime versatus , et eruditione summa ac ingenio commendabilis , Guinterius Andernacus , in textum græcum horumque commentariorum primus incidit , « huncque , » ut ait , depravate admodum scriptum , » et cum tineis et blattis strenue pugnantem , emaculavit , latine vertit , »

et typis mandavit Parisiis , anno 1533 . Verbum pro verbo sic reddidit , commentarios vertendo , ut generatim ipcius versio parum discrepet ab illa in quam incidimus ; itaque ab inceptis subsedissemus , nisi multa nondum typis man- data in regio codice deprehendere nobis contigisset , et maxime nisi interpres in aphorismis vertendis vulgatas éditiones ubique fere secutus esset ; unde ipsi commentatii saepe intelligi nequeunt .

Multi quidem , Leonharto Fuchisio duce ; hoc opus spurium ac adulterium esse contendunt , ex eo quod a verisimi- litudine abhorreat Oribasium , quem Galeni studiosissimum fuisse constat , multa ab illius placitis abhorrentia suis commentariis inséruisse ; atque innitun- tur maxime argumento ; quod adamantinum vocant , nempe ab autore affirmari se hos commentarios scripsisse , monente Ptolemeo Evergete , cum notum sit Ori- basium sub Julianō Imperatore claruisse ,

adeoque annis plusquam sexcentis post  
Ptolemeum Evergetem. Observant pre-  
terea , commentario 39 ; secundi libri ,  
Virgilii carmina , et Terentii comoedias  
agtotantibus legendas commendari ;  
unde colligunt predictos commentarios  
non a græco homine scriptos fuisse ;  
quippe qui Homero et Aristophane mul-  
to magis quam latino quolibet Poeta de-  
lectatus fuisse. Clarissimus Hallerus qui  
eruditione summa omnes Medicos recen-  
tiores facile superavit , hoc etiam opus  
spurium esse asserit (1) , predictis fere  
rationibus innixus ; preterea vero auto-  
rem Christianz Religionis fuisse conjicit,  
ex eo quod S. Scripturam citet , huncque  
vocat inficitissimum Galeni excriptorem.

Guinterius Andernacus , cuius judi-  
cium aliorum commentis anteponi de-  
bet , cum solns textum græcum noverit ,  
longe diversam fovit sententiam ; hos  
enim commentarios ab ipso Oribasio

(1) Vide biblioth. medic. pract. in 4<sup>o</sup>. t. 1. p. 48.

Pergameno revera fuisse conscriptos, plurimique faciendo esse haud dubitat, ut qui succinctius omnia quam Galenus, et sicubi difficultas lateat, explanatius evolvant. Idem cum Guinterio sentiunt Antonius-Musa Brassavolus, Hollerius, aliqui viri doctrina atque ingenio praestantes. Evidem, rebus omnibus subductis, atque accurate circumspectis adversariorum argumentis, hæc omnia diluere haud arduum erit. Primo enim nullo modo constat Oribasium nunquam discessisse a Galeni placitis. Immensa quidem illius Medici opera in epitomen rededit jussu Imperatoris Juliani; sed in aliis scriptis multa propria habet, et plurima etiam concessit ex autoribus qui aliter ac Galenus sentiebant; atque hujus generis sunt predicti commentarii, quos ex aliis Medicis se collegisse atque ordinavisce monet(1): «Post septuaginta perfecissimorum Medicorum examina-

(1) In praefatione.

tionem

» tionem qui una medicinam perlege-  
» runt , et philosophicas quæstiones dis-  
» cusserunt . » Deinde quod attinet ad  
ea quæ addit : hos scripsisse , monente  
Ptolemeo Evrgete , existimamus , modo  
lectio sit sana , his verbis , honoris ac  
adulationis causa , ipsum Julianum de-  
signari : tali enim assentatiuncula vide-  
tur magis ac magis aucupari voluisse  
gratiam Imperatoris , cuius Archiater  
erat , a quo Quæstor Constantinopolita-  
nus fuerat constitutus , et plurimis aliis  
beneficiis cumulatus . Multi enim Impe-  
ratores Romani ambierunt Evergetis  
cognomen , quod benefactorem sonat ,  
plurimisque Ægypti Regibus commune  
fuit ; namque tota Græcia subacta atque  
in ditionem Romanorum redacta , tum  
Principes , tum Imperatores Romanos  
a Græcis hoc cognomine salutatos fuisse  
constat , ex multis veterum numismatum  
inscriptionibus , ut , in suis curiosis  
investigationibus antiquitatis , invicte  
b

probavit clarissimus Sponius. Forsan vero errore librarii, Evergetis voci Ptolemei nomen fuit additum, nisi concedamus, ipso Ptolemei nomine, Romanos Imperatores a Græcis nonnunquam designatos fuisse; nam in codice, quo usi sumus, sic legitur: *Ptolemeum regnante*, non vero *Ptolemeum Evergetem*. Quamcunque autem sententiam amplectatur palam inde fit alterutram vocem a Græco tantum homine in usum trahi potuisse, neque ex illa deduci posse hos commentarios a barbaro quodam fuisse conscriptos. E contra omnia in illis antiquitatem redolent: multa enim Hippocratis exemplaria, quæ Galenus non novit, aut neglexit, ab autore fuisse perfecta constat. Græcos etiam autores multos appellat, qui Aphorismos commentariis illustrarunt, quorum nomina vix hodie supersunt, atque quorum opera, ut pote jam a longo tempore desiderata, a barbaro homine nec cognosci;

nec legi poterant. In predictis enim commentariis, Pelopis, Lyci, Rifi, Sorani, Domni, multorumque aliorum sententiaz afferuntur, multaz voces græczæ optime evolvuntur, vina græca præcipue commendantur, demum descriptiones multaz anatomicz reperiuntur, quæ soli Oribasio Pergameno tribui possunt. In codice regio autor ipse suum nomen profert in præfatione (1). Conjici etiam potest, ex lib. iv, comment. 44, hoc opus ab illo scriptum fuisse cum Constantinopoli degeret, tempore scilicet Juliani Imperatoris, cum res Romano-rum adhuc florarent; eorum enim amphitheatrum, atque athletarum certamina multis in locis commemorat. Nostræ opinioni nihil obstat quod autor, Virgilii

(1) a Commentare / lege commentaria )  
collegi et ordinavi Uribasius: monente Ptolemeo regnante, post lxx perfectissimorum Medicorum summationem una relegantium et philosophicas quæstiones discutientium.

carmina , et Terentii (1) comoedias commendet ; has enim , ut ex ipsius verbis patet , legendas tantum suadet scholasticis græcis , qui publica gymnasia frequentabant , ubi Romani scriptores explanabantur , quemadmodum adhucdum fieri videmus apud omnes Europæ populos ubi vigent litteræ . Non majoris sunt ponderis argumenta quæ attulit Hallerus ; ratum enim manet hos commentarios ab illo non perfectos fuisse : toto namque cœlo abèrrat , cum asserit autorem esse inficetissimum Galeni excriptorem ; rarissime enim illius placita in illo opere admittuntur , sæpe e contra rejiciuntur , ut recte animadvertis Fuchsius . Perperam addit idem Hallerus ab autore nostro Sacram Scripturam laudari , quod tamen illius dotes nullomodo elevaret . Equidem de Hieremitis loquitur , lib . II ,

(1) Hic locus forsitan in codice Quinterii mendosus erat ; nam in illo quem legimus nulla fit mentio Terentii .

comment. 39 : sed hæc mirationem movere non debent illorum qui norunt auctorem vixisse tempore quo maximo in honore erat, tum apud plebem, tum apud principes, Religio Christiana. Falso etiam idem Hallerus Oribasio refert prologum aphorismis præfixum, qui reperitur in codice 7102, B. R. P. Hic enim prologus scriptus est a latino quodam Aphorismorum interprete, qui quidem cum nostro autore nihil commune habet, præter nomen. Hos vero errores notavimus, non ut aliquid famæ autoris detrahemus, sed solo veritatis amore, ne tanti viri autoritas imperitis fucum faceret.

Prænotionum librum, ob summam ejus utilitatem, Aphorismis subjunxi mus, nec unquam hunc ab illis disjungendum esse existimamus. In illo enim præcipue eminet summa Hippocratis perspicacia in dijudicandis morbis. Præterea piucissima habet, quæ non genuina sint, cum e contra in Aphorismis di-

midia pars sectionis quintæ , et duæ ultimæ sectiones permulta contineant ab Hippocratis placitis abhorfentia , quæ proinde tanquam spuria rejici deberent .

Haud secus ac in Aphorismis , nihil in Prænotionibus mutavimus , nisi codicūm multorum autoritate frēti ; ideo quamvis multa emendare potuissemus , opere unius codicis ( 1 ) cum commentariis Galeni : ne doctis minus arrideret editio a vulgaris multum discrepans , meliores hujus Codicis lectiones in notas rejecimus . In iisdem vulgatam lectionem apposuimus , quotiescumque sensus , aut codicum numerus aliquid mutare nos coegerit . Ne tamen volumen plus æquo augeretur , non monuimus quotiescumque Iohismos

( 1 ) Ille codex cartaceus est , et reperitur in B. R. P. N°. 2228 , videturque decimo-quarto seculo scriptus ; cum eodem compactus est codex , partim cartaceus , partim membranaceus . Commentariorum Theophili in Aphorismos , cuius pars maxima videtur scripta duodecimo seculo .

codicum autoritate restituere licuit, paucissimasque variantes lectiones notavimus, eo quod eas quæ ex collatione vetustissimorum codicum, necnon optimarum editionum copia, collegimus; textum longè supererent. Post tamen multas versiones latinas jam editas, novam concinnare supervacuum nobis visum fuit. Ideo Anuti Foesii, fere unici Hippocratis sospitatoris, versionem retinuimus. Verum hanc, quoties a textu plus æquo recedere visa fuit, mutavimus; unde non Foesii nomen huic præfiximus. Hæc versio merito omnibus aliis anteposita fuit a clarissimo Riegero, et a multis doctis aliis viris, sed in primis a doctissimo Trillero, qui fere nonagenarius obiit, et toto vitæ decursu Hippocratis editionem meditatus est. Ideo mirum versionem sæpe infidam Lucæ Verhoof, huic antepositam fuisse atque sæpius recusam. Forte multis magno fuit in pretio; eo quod loca parallelæ ex

ipso Hippocrate desumpta , et indicem locupletissimum addiderit. Sed prædictorum locorum citationes , nullius prorsus sunt utilitatis iis qui destituti sunt textu Lindano, Lugd. Batav. edito, anno 1665 , ideo has neglexi ; ejusdem index maxime obscurus est , quare huic substituimus alium locupletiorem jam a Riègero confectum ., quem tamen multum immutavimus , auximus , ipsisque Prænotionibus accommodavimus .

Ut vero nostra editio emendatissima prodiret nulli labore , nec ullis sumptibus pepercimus , hancque ipsa editione Elzeveriana Aphorismorum , accuratorem esse , asserere haud dubitamus : attente enim lecto primo volumine , nulos errores typographicos in illo notavimus . Typographus nihil intentatum reliquit , ut eandem maxime nitidam fedderet . Filius ipse maximo cum ardore ac sedulitate plusquam juvenili operi manum admovit . Supercryacum est

admonere nonnunquam ipsomet sub  
prælio accentus nonnullos excidisse , qui  
in multis exemplaribus reperiuntur , et  
in aliis desunt. Plura addere non sinit  
instituti ratio. An nostra editio aliis re-  
vera sit anteponenda necne , lector ipse  
judicabit. Nunc vero subjungam litteras  
quibus codices melioris notæ designan-  
tur.

---

## L I T T E R Ā

QUIBUS INDICANTUR CODICES REGIT.

---

A. Cod. num. 2140. Gossypinus , ex  
Bibliotheca Medicea, duodecimo seculo  
exaratus. Quamvis veritate in multis  
locis deturpatus ac mūtilus sit , omnium  
quos vidi optimus est.

B. cod. 2141. Papyraceus , seculo de-  
cimo-tertio scriptus , charta minori , lit-  
tera sat eleganti. A præcedenti differt  
præcipue in eo quod in textu subinde

inserantur glossæ quædam interlineares miniatæ ; non contemnendæ. Multæ etiam variae lectiones in margine adduntur , aut in textu interseruntur.

C. cod. 2142. commendandus multis lectionibus nova manu additis , quæ in illo duntaxat reperiuntur.

D. cod. 2143.

E. cod. 2144.

F. cod. 2146.

G. cod. 2228 , cum commentariis Galeni in Prænotiones. Tota tertia sec-  
tio , et extrema commentaria sectionis secundæ in illo desunt.

I. cod. 2254. inter optimos recen-  
sendus.

Hoc signo ☹ notavimus, lectionem a  
nobis admissam , in optimis codicibus  
reperiri.

N.B. In versione antiqua ex Com-  
mentariis Oribasii excerpta , numeris  
Arabicis designantur Commentaria Ori-  
basii , stella vero , aut alio signo , notæ  
quæ addidimus ad loca obscuriora illus-  
tranda.

---

## APPROBATIO LECTORUM ET PROFESSORUM REGIORUM.

**L**ECTORUM Regiorum decreto perspeximus novam APHORISMORUM et PRÆNOTIONUM HIPPOCRATIS editionem, accurante Eduardo-Francisco-Maria Bosquillon, Græcarum Litterarum Professore Regio, dignumque opus judicavimus quod in lucem emitteretur. Actum in publico Franciæ Collegio, die 2 Novembris, A. R. S. H. 1783.

DARCEY. VAUVILLIERS.

EGO infra scriptus, Regorum Lectorum Decanus, testor, audita sententia judicum decreto nominatorum, Regium Franciæ Collegium suum libenter Privilgium concessisse Eduardo-Francisco-Maria Bosquillon. Datum in Regio Franciæ Collegio, die supra dicto et anno.

POISSONNIER, Decanus.


APPROBATIO  
SALUBERRIMÆ FACULTATIS  
PARISIENSIS.

EDITIONEM hanc Aphorismorum et  
Prænotionum Hippocratis, a clarissimo  
Collega nostro Eduardó-Francisco-Ma-  
ria Bosquillon promulgandam, a salu-  
berrima Facultate commissi, attente  
legimus. Quod opus commendant, tum  
notre & emendationes varix, tum ver-  
sio antiqua Aphorismorum ex versione  
Commentariorum Oribasii excerpta.  
Quare omni favore excipiendum esse  
Auctorem censemus, qui, Litteris  
Græcis instructissimus, aliis Hippocratis  
optib[us] edendis diligentet allaborat.  
Hæc etenim illustrissimis Scholæ hujus  
Magistris cura semper fuit, ut Divi  
Senis doctrina magis ac magis inclates-  
ceret; unde et naturæ accommodatior,  
et generi humano utilior fieret Medi-  
cina. Dic quinta Decembris, anni 1783.

THIÉRY, Regis e Consiliis Medicis,  
SALLIN, sal. Facul. antiq. Schol. Prof.  
ALPHONSUS LEROY, antiq. Chirur.  
Gallico Idiomate. Prof.

SAILLANT.

VERSIO ANTIQUA  
APHORISMORUM  
HIPPOCRATIS.





# VERSIO ANTIQUA

APHORISMORUM HIPPOCRATIS,  
EX VERSIONE COMMENTARIORUM  
ORIBASII EXCERPTA.

---

---

## PARTICULA PRIMA.

### I.

VITA BREVIS, ars autem prolixia;  
tempus vero velox: experimentum autem  
fallens, determinatio molesta (1).

1. Oportet autem Medicum non so-  
lum providere quæcumque oportet face-  
re, sed et agitanteim, et eos qui præsto-  
sunt, et extraneos.

(1) Continuo Hippocrates initio suæ locu-  
tionis propulsare videtur magis quam advocate  
audientes, non tamen ut omnes qui artem  
vel disciplinam medicinæ ingredi desiderant  
profugos reddat, sed ut quantum introducen-  
dorum aures possunt percipere hanc memoriam

3. In perturbationibus ventrī, (1) et rejectionibus quæ sponte fiunt, si quidem qualia oportet purgari purgentur, utile est, et apte ferunt, sin minus, cóntrarie.

commendant: ut puta enim nutrices ad nutritiōes noviter natos, continuo solidum non offerunt cibū, sed his quidem servant dum fuērint perfecti: sic Hippocrates ab alioribus quæstionibus cessans, continuo vitam dixit esse brevem. . . ideoque prolixam artem, vitæ comparavit brevi, ut auditores attentiores, intelligibilliores redderet.

(1) A ventre incipit Hippocrates, ex eo quod venter multi modos morbos nobis demonstrat.. Ipsa perturbatio tri modis fit; aut enim artificiosa est, aut naturalis, aut casualis. Artificiosa est cum medici catharticum dant; naturalis quotiens elevat se natura, et superflua expellit: nunquam enim natura, aut majus, aut minus vult, sed semper gaudet modetamine. Casualis vero, cum casu aliquo fit. Casualis etiam duobus modis fit: aut quantitate, aut qualitate. Qualitas vero, ut cibi qui molliunt ventrem; quantitas enim oppressio atque corruptio est.

4. Sic et inanitiones (1) si quales oportet fieri, fiant, utile est, et apte habentur, sin minus, contrarie.

5. Contemplari autem oportet, et tempus, et ætates, et regiones, et morbos in quibus oportet curam adhibere, aut non (2).

6. In exercitationibus, crassities quæ in summo est, (3) bona valetudo est; molesta, si in ultimum fuerit.

(1) Inanitio dicta est eo quod inane faciat corpus, vel venas nostras, ut est phlebotomia, clyster, catharticum . . Aliud vero est inanitio, aliud purgatio; purgatio est qualitatis, inanitio quantitatis.

(2) Antequam operemus, debemus scire si laedi ægrotus, aut juvari debeat: non enim oportet incertum experimentum in homine fieri.

(3) Qui impinguantur in summum, hoc est, ultra quod impinguari non oportet, bonum est. Qui vero in ultimum, hoc est, in nimium, et absque mensura, molestum eis est.

7. Non enim possunt manere in eodem, neque sincere : quum non sinent; non possunt ad melius accedere, superest ad pejus.

8. Horum ergo ob causam, bonam valetudinem solvere convenit, non tardare, ut iterum initium refectionis accipiat corpus.

9. Neque repressiones (1) ad ultimum ducere : fallentes sunt enim.

10. Sed debes considerare quæ; et qualis natura, qui fuerit qui habet sustinere, ad hoc (2) duci.

11. Similiter autem et inanitiones quæ ad ultimum perducuntur, molestæ, et

(1) h. e. Inanitiones.

(2) Hoc est tantum facere quantum vires tolerare possunt.

iterum reparaciones quæ in ultimo fuerint, molestæ.

11. Tenues et simplices cibi in longis semper causis, et in acutis, non convenient (1).

(1) Quæstio nobis etit contra Hippocratem: si in longis non convenient, et in acutis non convenient, ubi convenient, aut qui sunt tenues cibi, aut in quibus partibus dividitur diæta? Aut principales ægritudines, in quibus partibus dividuntur? Dicimus quia quadrifaria dividuntur et principaliter omnes ægritudines: hoc est in acutam, et peracutam, medium, et longevam. Quadrifaria vero diæta. Ergo necesse est dinumerari unicuique ægritudini propriam suam diætam: peracutæ ægritudini, ut est apoplexia, quæ quarta die terminatur, tenuissima facienda est diæta, ut est calida aqua: et istud quando debeo dare? prima et secunda noli dare, quod adhuc validæ est ægritudinis virtus; tertia vero die dari debet duobus modis, uno pro cibo, alio pro virrute, ut quarta die inveniatur valida virtus ad expellendos humores. In acuta ægritudine, ut est tertiana, Hippocrates tenuem

13. Quæ ad ultimum simplicitatis perducuntur diætæ , pessimæ , et replætiones quæ in ultimo fuerint , molestæ .

14. In tenuissimis et simplicibus cibis , dereliquunt ægrotantes , propterea quod magis vexantur . Omne enim quod fit eis , magnum fit (1) magis quam in modico fortioribus diætis .

diætam dari jubet , ut est succus ptisanæ ; et inter acutam et petracutam quæ est media , quæ usque ad septimum diem determinatur , melicitatum dari convenit , unum pro virrute , et aliud quia superflua purgat , . . . et naturalia conservat . Philosophus refert quod , ad odo rem mellis quadraginta dies vixit quidam . Longeva vero est ægritudo quartana cui solidam diætam dare convenit ; ut bucellas , et pisces aspersos quos autores , aquam coagulatam cum ossibus , dixerunt .

(1) Hoc est , non leves sunt casus qui eis contingunt , qui sunt scotonia , defectio virium , sudores frigidi , et diaphoretici , et alia pejora .

15. Propter hoc et sanis fallentes sunt ; et pessimæ et diætæ quæ valde diffinitæ sunt ; et quia delinquent molestia ( 1 ) sustinent.

16. Propterea ergo tenues et simplices cibi , et certæ diætæ , fallentes sunt plus modico solidioribus.

17. Ultimas vero ( 2 ) acutitudines ultime curare perfectum obtinet. Addere enim ( cibum ) nocivum est.

18. Et quæque per circuitus ( cibum

(1) Hoc est moleste et male sustinent , quia sequitur eos defectio et lipothymia.

(2) Ultimas vero dicit, acutissimas quæa illa quando usque ad septem dies perseverantes veniunt. Iotas ergo infirmitates ultime curare ad perfectum venit , hoc est , valde ultimæ simplicitatis diætæ , ad salutem et perfectiōnem in ipsis obtinet. Curam enim Hippocrates diætam vocavit , quia per diætam infirmitates curantur , et non solum acutæ , sed et tardæ solvuntur.

s, convenit dare) interpolantur, interpolationibus (commotionibus) (1) subtrahere.

(19. Ubi valde secundum acumen est ægritudo , illic statim et fit status , et ultimos labores habent illic , et ultime tenuioribus cibis (2) uti necesse est.

10. Ubi autem non convenit , (3) humectiorem cibum adhibere , et in tantum subtrahatur in quantum ægritudo melior ultimis fiat.

11. Quando (4) stabilita fuerit

(1) Quia quod datur in putredinem convertitur, in tantum ut si quis voluerit in febre calidam offerre aquam plus ei febris protrahatur..

(2) Uti est aqua calida.

(3) h. e. In acuta tantummodo ægritudine quæ possit permanere usque ad quartam-decimam diem.

(4) Si non est acuta, aut peracuta ægritudo, non illum abstineas ab initio , sed dum venerit ad statum , tunc ipsum abstine.

ægritudo ; tunc simplici cibo necesse est uti.

22. Contemplari autem oportet ægrotantem si sufficiat ad statum ægritudinis, et utrum ille prius deficiat et non sufficiat ad cibum, aut ægritudo prius deficiat et obtundatur.

23. Quibus continuus status, continuo simplicioribus cibis reficiendi sunt.

24. Quibus autem erit in posterum status, illis modice subtrahendum, ulterius autem, uberioris reficiendus ægrotans.

25. In accessionibus subtrahere convenit : addere enim nocet. Et quod per circuitum admonet, in admonitionibus subtrahere.

26. Admonitiones enim et deductio-  
nes declarant ægritudines, et \* tempora

\* Commentaria habent & quod tempora continent anni circuitum n.

continentia : tempora dico anni circulum ad invicem incrementa, vel abreviations ( s. ægritudinis ). \* sive quotidie, sive die inter diem , sive per multum tempus fient ; sed ex his ( s. signis ) quæ apparebunt considerare oportet ægritudines quales sint. Quemadmodum in pleuriticis , sputum si continuo apparabit, incohante ( s. passione ) quidem, abbreviat : si vero postea apparuerit, prolongat. Et urinæ , et ventris egestiones , et sudores ; et somnus , bōnas , et malas ; et breves , et prolixas ægritudines affuturas ostendunt.

27. Senes apte jejunium ferunt : secundum mediæ ætatis , minime vero pueri .

\* Parenthesi inclusa , sunt glossæ additæ ab interprete.

\* 28. Horum autem qui seipsis fortes et animosiores sunt \*, quia omnes qui cutescunt platinum habent innatum calorem. Plutimo ergo cibo indigent; sin minus, corpus consumitur.

29. Senibus autem modicus calor, propterea itaque fomite parvo indigent. De plurimo cibo enim extinguntur. Propterea et senibus non similiter acutæ (i. e. non sunt febres eis sicut juvenibus) frigidum enim corpus est illis.

30. Ventres hyeme et verbo ferventes secundum naturam sunt, et somni prolixiores; in his ergo temporibus refectiones multæ dandæ sunt, etenim natura calida multam est. Nutrimento ergo plurimo indigent ad exemplum

\* I. præm. pars hujus aphoristū in commentariis, ad finem sententiae ponitur.

ætatis. Ipsi quoque infantes et pueri \* sunt, et athletæ.

31. Liquida omnia (1) nutrimenta febricitantibus convenient: maxime autem pueris, et cæteris sic solitis nutriti.

32. Et quibus semel et iterum, aut multum, aut minus, et secundum partem, consuetudinem: concedendum enim aliquid pro tempore, et ætate, et regione, et consuetudine.

33. Æstate et autumno cibos graviter homines ferunt, hyemè facilius, verno autem consequenter.

34. Quibus per circuitum accessiones fiunt, non dare cibum, neque cogere, sed subtrahere oportet (2) adjectionem antequam crisis fiat.

\* Subaudiendum, exemplo.

(1) h. e. Ova sorbillia, lactucas, paisanas, et cætera similia.

(2) Subtrahere oportet seu per nates, seu

... . Quæ solvuntur ægritudines, et quæ solutæ sunt numero pari dietum ( i. e. congrue et convenienter ; secundum Galenum ) nihil est movendum , neque novi aliquid faciendum , neque pharma- cia ( i. e. medicaminibus ) neque aliis exagitationibus , sed sinere melius est ( 1 ).

pet sudorem , seu per urinam , seu per seces- sum , seu per menstrua . Adjectionem , hoc est quantitatem ciborum .

( 1 ) In isto aphorismo multi multa senserunt . Alii quidem dixerunt quod in die critica non jubet dari cibum . Alii vero diem parem dicunt duo et quatuor : nec hoc est . Galenus enim dat expositionem quod credo aliud non esse . Parem enim dicit congruam et conve- nientem , quando determinata fuerit persolam naturam ægritudo : unde et vulgaris sermo dicit , parem habere cum , hoc est congruum et convenientem dilige . Ergo ipsum est quod admonet . Dum terminata fuerit ægritudo , natura debilis invenitur , post tantum et talem laborem nil jubet fieri , ne forte ipsa ægritudo iteretur . Neque medicamen aliquod exagitare ,

36. Quæ oportet educere ; illa educere  
per congrua loca oportet. In his quæ  
feruntur vel manant , non multitudo ex-  
pectanda ; sed quousque ferantur , et  
qualia oportet , et tolerare bene ægrotum ;  
et ubi oportet usque ad defectionem  
adducere , (1) et hoc fieri si toleret  
ægrotus.

hoc est , novi aliquid , videlicet , aut phlebotomia , aut clystere , aut vomitu , aut potionē calefactoria ad sudorem , sed sufficiat naturæ quod pet se fecit : quia plus est quod facit natura quam quod ars. Sinere enim , dimittere dicitur , hoc est , quiescere naturam.

(1) In tribus passionibus jubet usque ad defectum adducere inanitionem , in media tumentes ( hydropisia ) vel causon febre , et in dolore \* pedum . Galenus refert quendam , hominem phlebotomasse laborantem causonē qui angustiam passus est , vel spasmum : cui dixit Galenus , homo occidisti ( i. e. perdidisti ) febrem .... Hanc jubet fieri si virtus valida

---

\* i. e. podagra.

37. In acutis causis raro , et in initio pharmacia utendum est , et hoc bene et perspecte facere bonum est (1).

38. Si qualia oportet purgari purgentur , placide ferunt , contraria (2) autem incommodant.

fuerit. . . Si vero imbecillitas fuerit, huc pro parte fieri jubet.

(1) Iste Aphorismus illi superiori jungitur, et ipsum est quod admonet, ut nisi in peracutas, id est, nimis acutas passiones, in initio adju- torium non adjicias : in peracutis ideo quia \* sustinuere volueris ad statum non perveniunt.

(2) i. e. Si superficia purgata non fuerint

---

\* L. c. Si differre volueris.



20

## PARTICULA SECUNDA.

## I.

**I**N quocumque morbo somnus laborei  
præstat , mortale est : si vero somnus  
adjuverit , non est mortale. Ubi aliena-  
tionem somnus minuit , bonum est : ubi  
alienationem somnus præstat , mortale  
est.

2. Somnus et vigiliæ , utraque ultra  
modum , malum est (1).

(1) Si somnus secundum naturam fuerit ,  
bonum est : si ultra naturam , malum est.  
Videamus quæ vigiliæ naturales sunt , et quæ  
extra naturam. Scitote quia somnus juvenibus  
bonum est , contrariae autem vigiliæ. Unde  
frequenter juvenes in phrenicas incurrit  
passiones nimio calore , et siccitate. eniori-  
bus autem et infantibus contrarius est somnus.

## 3. Nec repletio, nec indigentia,

Unde seniores steplius in puerilem memoriam, ut dici vulgo solet, aut obliuiosam lethargicam, aut brevem comam ( i. e. habent breves capillos ) aut turpiter depile occipitum, incurunt. Omnia hæc mulieribus gravius et turpius contingunt. Cum enim nimis dormiunt, quod illis contrarium est, vetuli et veteræ, neque spatiantur, neque perspirantur, venis residente nimio humore, aut lacerantur sœpe mente, aut deturpantur carnis superficie. Infantes enim quia humidam habent similiiter naturam, in hæc mala incurunt, quia in interiori parte cerebri detinetur ipse humor, et aliquando post multos annos loquuntur. Naturales autem vigilæ sunt quando quis consuevit vigilare et omnè opus adimp'ere : ultra naturam vero vigilæ sunt in phrenitica passione : somnus vero ultra naturam est, ut in obliuiosam lethargicam, et in cæteras similes passiones sunt. Secundum naturam est somnus, ut si quis consuetis horis obdormit post cibum, post modum vero surgens, adimpletis officiis naturæ, digestiones omnes et egestiones procurantur, per ventrem, et per sputum, et per urinam, et cætera similia.

neque aliud quid aliquod bonum est  
quod ultra naturam fuerit.

4. Labores (1) spontanei indicant  
morbos.

5. Quicumque laborantes, in corpori-  
bus plurimum non sentiunt (s. laborem)  
his mens ægrotat.

6. Quæ per multum tempus extenuata  
sunt, tardius reparanda sunt, quæ autem  
in medico , citius.

7. Si post ægritudinem cibum acci-  
piens non convalescat , signum est quod  
corpus plurimum cibum accepit. Si au-  
tem cibum non accipienti hoc contingat,  
signum est quod inanitionem expedit  
corpus.

8. Oportet cum voluerit quis purgare  
corpora mollitari debere (2).

(1) Labores , hoc est , dolores.

(2) In isto aphorismo multi multa senserunt.

9. Quæ non pura sunt corpora quanto  
magis nutriuntur plus nocet.

10. Facile est repleri potu quam cibo.  
Facilius enim lubrica quam solida dige-  
runtur.

11. Quæ relinquuntur (1) in morbis  
post solutiones iterationes faciunt.

Aliqui dixerunt molliare, i. e. abstinere, vel  
facere vomitum cum radicibus, vel curare  
ventrem, alii alia. Galenus vero istum locum  
exponens taliter dixit: Hippocratis vero quo-  
tiens locutio fuit de purgatione cathartica  
dicit molliare, i. e. aptare: etenim corpus  
aptare jubet, i. e. abstinere, lavare, purgare.  
Manifestum est ergo, ex verbis Galeni, Hip-  
pocratem de cathartico quod habeat diagri-  
diuum dixisse in hoc aphorismo ubi ait, purgare.

(1) Questio oritur quonodo conjicere pos-  
sumus quod ægritudo ad perfectum non est  
determinata? scitote quod si fuerint ante  
criticum diem signa congrua præcedentia,  
id est, capitis dolor, et digestiones urinarum,  
et cætera talia; critico die ægritudo reitera-  
tionem non facit: si vero ista non præcesserint,

11. Quibuscumque etisis fit his nox  
gravis quæ ante accessionem est. Super-  
veniens vero alia nox levior plerumque(1).

13. In ventrī solutionib⁹, immu-  
tationes quæ egeruntur juvant, (2) nisi  
se ad pessima demutent.

14. Ubi fauces (3) ægrotant, aut pu-  
tulae in corpore nascuntur, considerandæ  
non est ægritudo ad perfectum determinata,  
quamvis cognosci possit et in habituine  
corporis, et in virtute ægritudinis, et in aliis  
signis, si iteratio debeat fieri.

(1) Hoc est, non semper, sed aliquando.

(2) Intellectus istius aphorismi talis est:  
si cui se venter dedit \*, juvat, quia plus est  
quod facit natura quam quod ats, nisi se ad  
pessima demutent, hoc est, subito ad dys-  
enteriam, de dysenteria ad licteriam, et  
istud quoque pessimum est.

(3) Scitote quia labia, palatum, et uva  
sunt fauces.

\* i. e. responderit venter.

stant egestiones carum. Si vero fellei  
fuerint coloris corpus compatitur, si vero  
qualia sanis fiunt, certum est nutriti  
deberet.

15. Ubi est indigentia (1), non  
oportet laborare.

16. Ubicumque esca plus a natura  
introierit, hoc valetudinem facit (2).

(1) Aliqui dixerunt Indigentiam dici cibo-  
rum, alii alia. Galenus exponens locum istum  
dicit hoc indigentiam dicit humorum. Ideo  
non laborari jubet, neque lavari, quia lava-  
crum attenuationem facit, neque ungi,  
neque iter facere; neque abstinere, sed pau-  
latim reficere.

(2) In isto aphorismo aliud sensit Pelops,  
aliud Lycus. Alii dicebant qui plus a mensura  
acepit. Galenus exponens istum locum hoc  
dicit: requirenda est consuetudo unius cuius-  
que, quis, quid, et quantum solitus est come-  
medere: verboenus aliqui comedunt duas  
quadratas, alii quatuor, alii unam, alii panem

17. Qui reficiuntur copiose, velociter et secessum faciunt. Manifesta ergo sanatio est (i).

cibarium, alii spongiam \*. Iste qui solitus erat comedere spongiam, si comedit cibarium laeditur. Et scitote quia tria sunt unde proficiunt corpora nostra: est digestio, et egestio, et nutrimentum naturale. Quotiens ergo major fuerit egestio, digestio minor est; quotiens digestio maxima fuerit, egestio penitus nulla est: quando vero egestio minor est, nutrimentum naturae plus est; ipsum enim est quod Hippocrates dicit, unicuique tantum offertre quantum digestioni sufficiat. Nam potest fieri ut multum comedat homo, et plus faciat stercus quam nutrimento corporis proficiat. Unde inveniuntur etiam aliqui multum comedentes, qui, et tenues, et parum digerentes sunt. Ergo necessarius est cibus unicuique quantum ipse digerere valet. Si vero amplius, valetudinem facit, hoc est, moches generat.

(i) Iste aphorismus intellectum habet: ut si quis comedat quantum valet digerere, et

\* Species panis levissimi.

18. Acutorum morborum non est in omnibus certa prænunciatio , neque salutis , neque mortis ( 1 ).

egerere , et nutrimentum naturæ adimplere , bonum est , si tamen et facilis sit venter , et tunc optimum est , et signum est quod salubre corpus habet .

( 1 ) Questio nobis evenit contra Hippocratem , dum ipse testatur in aliis dictis suis : scire debet medicus præsentia , præterita , et futura ; quomodo nunc dicit non posse prædicti neque vitam , neque mortem . Videamus sub quo argumento Hippocrates dicit , ut non a nobis condemnari videatur : bene enim noscitur quia superius exposuimus quod quadrifatiā dividuntur omnes ægritudines , hoc est , in acutas , peracutas , medias et longevas . Sed nunc de acutis dicit et peracutis . Videamus quas acutas dicit , quæ cum febre sunt , aut sine febre , aut quibus videantur locis inesse . Scitote quia de pleuritica , et de quinantia dicit . Pleuritica passio juxta vitalia fit loca , quæ cum subito trahitur ad pulmonem , fit peri-pleuronia , et transfertur de acuta in peracutam , et propter istam mobilitatem Hippocrates dubium fecit esse medicum , ne in aliquo

19. Quibuscumque juvenibus constitutis ventres soluti sunt, his senescentibus siccantur; et quibus juvenibus sicci sunt, his senescentibus humectantur.

20. Indigentiam repletio curat, et repletionem indigentia; quæcumque igitur ex repletione generantur ægritudines, inanitio sanat. Quæcumque vero de inanitione, repletio curat. Sic et alia aliorum contrariis.

21. Acutæ ægritudines determinantur, ut multum, in quatuordecim diebus (1). fallax inveniretur. Si quidem quinantica passio est, quæ fit in ipso principio nutrimentalis loci, vel vitalis; quæ dum meliorari videtur, tunc redit ad pulmones, et mortem operatur, et propter immutationem de loco in locum ad deterius pergit. Ideo Hippocrates noluit prædicere medico, neque salutem, neque mortem.

(1) Non sic est intelligendum, ut quidam putant, quasi in quarto-decimo die distincte et certissime omnis febris possit solvi, sed

22. Septimam diem quartā p̄̄̄nunciat.  
23. Alterius \* hebdomadę octava  
(dies) principatur.

24. Pr̄vide autem undecimam: ipsa  
enim alterius hebdomadę quarta.

25. Conspicienda est quinta-decima,  
hęc enim est tertię hebdomadę initii  
contemplaria.

26. Contemplare rursum septimam-  
decimam, hęc enim est quarta quidem  
magis in quarto-decimo die quod extenditur  
usque ad quadraginta. Sunt enim in acutis  
febribus veri supra scripti dies critici. \*\*

\* i. e. sequentis.

---

\*\* Juxta nostrum autorem numeri quatuor-  
decim quibus definiuntur aęgitudines sunt:  
unum, et quatuor, et septem, et novem,  
et undecim, et quatuor-decim, et septem-  
decim, et vigenti-unum, et vigenti-quatuor,  
et vigenti-septem, et triginta-unum, et  
triginta-quatuor, et triginta-septem, et  
quadraginta.

## 28 *Versio antiqua*

a quanta-decima , septima autem quarta  
est ab undecima.

27. Considera etiam vigesimum-primum , vigesimum-quartum , vigesimum-septimum .

28. Similiter vero trigesimum-primum , trigesimum-quartum , trigesimum-septimum , necnon et quadragesimum (1).

29. Æstate typi quartani fiunt breves \* plerumque : autumno vero prolixiores , et magis qui hyemi conjunguntur.

30. Febris super spasmus melius est , quam spasmus super febrem .

31. His quæ non secundum rationem

(1) His numeris complentur quatuor-decim dies quibus Hippocrates acutas segritudines determinari proposuit.....

\* Inter causas quæ quartanas abbreviant phlebotomiam numerat Oribasius , si autem omissa fuerit prolongatur morbus .

relevantur, non oportet fidem habere  
( s. sanitatis ) ( 1 ).

32. Nec valde veteri mala ( 1 ) nascentia extra rationem; plerumque enim hujusmodi sunt incerta, & non valde permanere, nec rememorari solent.

( 1 ) Intellexus istius aphorismi talis est, ut si critico die non determinantur ægritudines, aut præcedentia signa quæ solent crism futuram prænuntiare non fuerint, fidem non oportet illis habere quia non est determinatio, sed remissio.

( 2 ) Mala nascentia extra rationem dicuntur quæ ex nimio, aut insolito ciborum appetitu malam compositionem membrorum producent, ut sunt nautarum et rusticorum qui comedunt incomposite, et extra consuetudinem, et nutriunt pinguis humorcs; ergo de ipsis dicit non veteri cum incurruunt ægritudines, quia validi sunt propter illam copiam ciborum, et cito determinantur eorum ægritudines, et non debilitantur. Plerumque autem dixit quod incertum est, hoc est, aliquando et difficilis est ipsorum cognitio. Unde non debet esse dubium medico requirere eorum

33. *Febres in superficie* \* permanere,

rationem, refert enim Galenus in dictis suis, quod sub Marco Antonio imperatore, Glaucon philosophus ingrediebatur domum ipsius. Major vero dominus ipsius ægrotabat, et nullo modo poterat aliquis subvenire. Tribulabatur Glaucon propter ipsum, et Galenus dixit illi quod habes, at ille hoc; et dixit Galenus si jubes, ingredior et visito illum: at ille cœpit rogare. Denu fuisse Galenus ingressus, interrogavit illum. Quæ tibi fuit nativitas? At ille, rusticus de montibus; et ille, quæ fuit tibi consuetudo comessationis, et ille, crucas agrestes solitus eram comedere. Ingressus Galenus in hortum collegit fasciculum crucarum, et obtulit illi: ille ut vidit, continuo se jactare de lecto voluit, et dixit Galenus non expectabis ut coquantur. Et dixit, non, sed tantum sic crudas date mihi, rogo, et ut comedit, continuo sanus factus est. Unde nunquam pigrat medicum requirere originem causæ, ut quod ars non prodit interrogatio manifestet.

\* Per febres quæ in superficie permanent, intelligit Oribasius eas, in quibus calor in primis externe percipitur: febres vero quæ interius detinentur sunt illæ in quibus calor internæ exurit partes.

et nihil minuere corpus, vel extenuare, non est molestum. Interius autem detineri magis a ratione; molestum est; hoc enim longitudinem ægritudinis ostendit, illud vero imbecillitatem.

34. Incohantibus morbis nihil in principiis medicari convenit: usque ad statum autem sinere melius est (1).

35. Circa initia et finem omnia imbecilla: circa statum autem omnia fortiora.

36. Qui ex ægritudine apte reficitur et nihil proficit, molestum est.

37. Plerumque omnes pessime habentes, et bene \* reficientes circa initia,

(1) Quod initio purgare jubet de peracuta ægritudine dicit, quæ ad statum pervenire non potest, statum autem jubet expectare acutarum ægritudinum... Si vero in augmentum fuerit melius est usque ad statum sinere,

\* i. e. Bene assumentes cibum.

## 32 *Versio antiqua*

et nihil addentes \* , in declinatione rursus abstineant (1).

38. Quia \*\* autem circa initia abstinentes sunt fortius , post modum paulatim reficientes ; melius carent ægritudine ( 2 ).

39. In omni ægritudine vegetari mente et bene se habere ad oblationes , bonum est , contrarie autem , malum ( 3 ).

\* i. e. Nihil proficientes.

( 1 ) i. e. A carnibus abstineant.

\*\* Forsan legendum , qui .

( 2 ) De peracuta loquitur passione , et dicit , ut in initiis abstineant. In antiquis enim temporibus usque ad tertium diem nihil dabant medici , unde et dia triton dies illi vocati sunt. Sed istud male faciebant quia in omnes ægritudines istud operabantur . . . Ergo ipsum est quod dicit ut in initiis abstineant fortius , et paulatim refiant postea , ubi commodum videbitur , atque ideo ait in sequentibus , postea vero paulatim reficientes , melius et celerius carent ægritudine .

( 3 ) ... Scitote quia necessariae sunt ei fabulae aliquæ ut possit agnoscere medicus , utium

40. In morbis minus periclitantur quibus propriæ naturæ, et ætatis, et qualitatis, et temporis. morbus fuerit; magis autem quibus secundum naturam hoc ( : ) non fuerit.

41. In omnibus morbis diuturnis, qui circa umbilicum et supra pectinem sunt; sana sit mens, an non. Considerati semper debet a medico, qualis sit ægritus, aut quibus delectetur rebus. Si est religiosus, apponere debet illi divitiam scripturam, si tamen hanc antea amaverit. Si fuerit vero scholasticus, fabulas Virgilii inserere illi, breves tamen quæ illum ad furorem non provocent. Si fuerit adiutus, exinde aliquid illi inserere, et tunc agnosceret si sana est mens, et si apte suscepit, apte suscipiet medicinam, vel sanitatem. Oblationes autem sunt quæcunque illi offeruntur.

(1) Ut est juvenum ægritudo \* in hyeme, et senum in æstate, et istæ sunt duæ peregrinæ ægritudines quæ non in suo tempore veniunt, nec in propria ætate.

---

\* Febrem , intelligit.

### 34 *Versio antiqua*

soliditatem habere melius est. Quod autem extenuatum valde et tabidum , pessimum , apte autem hujusmodi inferiores purgationes sunt.

41. Qui salubria habent corpora , in medicaminum purgationibus , debilitantur celerius , quam qui malocinio (1) utuntur. Nam qui bono sunt corpore in purgatione laborant.

43. Quod modico est pejus potu et cibo , suavius autem , melioribus est magis eligendum.

44. Seniores et juniores plerumque pari modo ægrotant multum plerumque. Eis diuturnæ ægritudines nascuntur , plerumque commoriuntur (2).

(1) Mala compositione humorum laborant.

(2) Questio nobis oritur contra Hippocratem : si senex multum ægrotat , et juvenes multum

45. Branchos (1) et coryza valde senibus non maturantur.

46. Qui deficiunt fortiter, et frequen-

ægrotant, inlinus quis ægrotat? redditur talis ratio; quia juvenes posuit multum ægrotare, eo quod acutam semper incurvant ægritudinem. Senes autem quia quantum habent pingues humores, tantum multo tempore protrahitur ægritudo: et quod juvenes brevi tempore de acuta laborant ægritudine, hoc senes multo tempore protrahunt, et reperiuntur ambo similes: ille longo tempore qui acutam ( s. ægritudinem ) incurrit non potest: et ille brevi, qui repentinam, quæ cito debilitat, in tantum quia senibus aliquando cominoriuntur ægritudines, et dicuntur convivæ quæ cum ipsis commotiuntur.

(1) Branchos est quotiens fauces præfocationes habuerint.... Coryza est præfocatio innoydis \* ( h. e. In ossibus nasi ).

---

\* Lege, Ethmoidis.

ter , sine manifesta ( 1 ) occasione , repente consumuntur \*.

47. Solveare apoplexiā ( 2 ) fortem quidem et sanare impossibile est ; debilē autē non facile.

48. Strangulatorum ( 3 ) aut déficiētium , neccum morientium , non resipiscunt quibus spuma fuerit in ore.

( 1 ) Hoc est , si non præcesserit aut ventris fluxus , aut sanguinis , qui possit debilitare , aut multum temporis inferre ægritudinem , et alia signa quæ malfactionem solent inferre ,

\* i. e. Moriuntur.

( 2 ) Apoplexiæ duæ sunt , major et minor , id est , apoplexia , et hemiplexia. . . . . Item agnoscere possumus apoplexiā inde quod et spumam facit , et extensionem , et oppressionem , hemiplexia vero quæ solum extensionem

( 3 ) Strangulatio quatuor modis fit , aut extrinsecus , aut int̄insecus , aut voluntarie : aut involuntarie ; int̄insecus , ut in apoplexiā ; extrinsecus , ut cadens quis se ipse opprimit ; voluntarie , cum aliquis laqueo se suspendit ;

49. Qui valde crassi (1) sunt, nec secundum naturam, celerius moriuntur quam graciles.

50. Epilepticorum junioribus (2)

involuntarie, cum aliqui ad furcam applicantur, vel in foveam cadunt. Ergo utrosque dum invenetis spumantes, iam non de vita promittas.

(1) Nunc extra naturam dicitur crassum, et gracilem secundum naturam, . . . . et graciles extra naturam celerius moriuntur; quia apertis poris ex nimia siccitate omnis calor evaporatur. . . . Homō enim plures cavernas \* habet, et maiores quam cætera animalia, in tantumque plus alget quam cætera animalia. Dicitur quidam in Perside imperator a persona quadam corium tollit, et exinde aliqua scimmata \*\* tegumentorum fieri.

(2) Juvenes dicit a decimo-quatto anno usque ad vigesimum-tertium.

---

\* Cutis poros intelligit.

\*\* Id est, clamina.

evadere coningit per immutationem  
maxime ætatis , et regionis , et vitæ.

51. Duo dolores simul in uno eodemque loco , fortior opprimit alterum.

52. Circa nativitates saniei \* dolores et febres magis accidunt , quam antea.

53. In omni motu corporis cum cœperint laborare , et post quiescere , statim adimitur labor ab his qui consueverunt solitos labores ferre , vel si fuerint debiles , vel senes. Senes vero consueta juvenibus facilius tolerant , quia post plurimum tempus consueta repetunt : inconsueta enim molestare solent.

54. Oportet aliquando consueta (1) mutare , et replere , vel inanire , vel

\* Hoc est , puris.

(1) Questio nobis contra Hippocratem , dum superius consuetudinem laudavit , et illam

calefacere , vel infrigidare , aut alio quolibet modo corpus movere . Dissimile vero , molestum est , et per omnia satis naturæ est initicum . Quod autem paulatim fit utile , cum ex alio transit in aliud . Omnia secundum rationem facientibus , bonum est : non occurrentibus secundum rationem , malum .

dixit secundam esse naturam , cùr nunc ipsam desiderat mutare . Sed videamus quam consuetudinem dicit , propriam , an accidentivam ; propriam laudavit : vituperavit accidentivam . Pone esse rusticum viventem in deliciis , iste dum ægrotaverit , illum ad consuetudinem revocamus propriam , per immutationem accidentivæ : sic enim refert Galenus quendam ægrotasse majorem sub Marco Antonio Imperatore , et iste nullo modo poterat sanari donec illi consueti cibi fuissent applicati . Ergo in ipsis non mutantur propriæ consuetudines , sed accidentivæ donec salvifiant . Ergo ipse Hippocrates dicit , in præsentि aphorismo , ut quæ inanita sunt per indigentiam , repleantur ; et quæ repleta sunt per nimietatem ,

55. Non transire ad alia adjutoria oportet, manente quo fueris usū \* ex initio.

56. Quot quot ventres habent solutos, ip juventute constituti melius transeunt; sic sese habentes in senecta pējus transeunt; siccantur enim plerumque senescentibus.

57. In magnitudine corporis juvenescere (1) quidem decens est, et non inaniantur: quæ vero infrigida sunt, recalefiant, ita tamen ut non nimium, sed paulatim. Nam ex multo contrastatur natura, mediocritate autem gaudet.

\* In commentariis legitur melius & quod tibi visum fuerit.

(1). Juvenescere dicit, subito in procettatem crescere, quod quidem decens est, sed non suave, id est, incommodum, saepius enim hujusmodi citius decidunt, et ante annos legitimos evadunt. Sic enim ante tempus ad integrum excrescunt, ita, et ante tempus transeunt: quod intempestivum venit,

suave, senescere autem inutile et pejus  
a modicis.

intempestivum recedit. Modicos autem dicit,  
vel staturæ minoris, eoque firmiores sepi-  
sime fiant, vel modicos dicit infantes, qui  
licet in primis annis inutiles sint, tamen suc-  
cedente ætate, meliorantur; senes autem  
deteriorantur potiusquam meliorantur.



## PARTICULA TERTIA.

**I**NNOVATIONES temporum maxime generant morbos, et in temporibus, maximæ immutationes.

2. Frigus et aestus, et cæteræ rationes, naturarum quibusdam in aestate, quibusdam in hyeme, bène et male consistunt, et astatæ quoque aliquibus in temporibus, et regionibus, et victu, quibusdam bene, quibusdam male consistunt.

3. In temporibus quando eadem die aliquando aestus, aliquando frigus fit, autunnales morbos oportet spectare.

4. Austrini auditum gravant, caligine in oculorum faciunt, et gravedinem capitum, et moestificant dissolventes

corpora. Quando hi prævaluerint talia in morbis patiuntur.

5. Si autem septentrionalis flaverit, tussiculæ (1) faucium, ventres duri, urinæ difficiles, horrores, dolores laterum et pectorum, quando hic prævaluerit oportet tales spectare ægritudines.

6. Austrini dissolvunt corpora, et humectant, et capitis faciunt dolorem, et gravedinem, et gravant auditus, et veragines \* faciunt in oculis; et in corpore difficultatem, et ventres humectant.

7. Etenim boreas melancholiz et maniz præest.

(1) Scitote quia tussis duobus nascitur in locis, aut in altitudine, quod tussis vocatur, aut in superioribus, quod est in faucibus, quod uvam titillat et tussicula vocatur; Hippocrates hanc, tussiculam, nominavit, id est, modicam.

\* Id est, vertigines.

8. Per dies autem boreas, corpora condensantur et fortiora fiunt, et boni motus, et optimi colores, et boni auditus, et ventres siccantur, et oculi lacrimantur, et circa thoracem dolores, et, si forte antea fuerint, magis dolent.

9. Item boreas, qui est in aquose, (1) si flat, his qui humidæ naturæ sunt, et mulieribus, conveniens est. Reliquis vero oculorum causæ fiunt siccæ, et febres acutæ, et coryzæ dilaturnæ. Aliquibus autem et melancholica, stranguria, lienteria, sciasis, quinances, hylion\* (2), epilepsia, mania, artresis \*\*.

(1) Boream dicit inaquosum, hoc est frigidum, et siccum.

\* i. e. volvulus.

(2) Hylion est passio intestini quæ juxta illa fit, et propter vehementiam doloris tale accepit nomen.

\*\* Id est, arthritis.

10. Quando æstas fuerit verno similis,  
sudores in febribus oportet multos  
spectare.

11. In siccis temporibus febres acutæ  
nascuntur.

12. Et si præcipue fuerit annus talis  
constitutus , ut æstas non sit calida et  
sicca , et caliditates \* fecerit ei ; modi  
plerique ægritudines ei. (1) Modi oportet  
spectare in qualitatibus temporum , et

\* Legendum forte , inæqualitates.

(1) Hippocrates temporum dat nobis cognitionem dicens, si annus fuerit constitutus , ut æstas secundum se calida et sicca non sit , et æqualitates non fuerint temporum ; æqualitas enim servari non potest corporum , nisi cum secundum se fuerit rata qualitas temporum : nam qualis fuerit annus tales ægritudines . Si vero æstas fuerit simplex , æstivales erunt ægritudines , et tunc sunt ægritudines secundum tempus , quæ non diu tenentur , sed solvuntur et determinantur , quia naturales sunt , et non peregrinæ .

si moderata fuerint tempora, et secundum se representantur, simplices et boni cursus ægritudines nascentur; immoderatis autem stabiles et insolubiles.

13. In autumno acutissimæ\* ægritudines, et mortiferæ fiunt; (1) verno autem salubriores et minime mortales.

14. Qualitates autem anni omnimodo siccæ, a pluvialibus sunt salubriores et minime mortales.

15. Ægritudines autem in pluvialibus

\* Commentaria habent, acutæ.

(1) Quia hoc tempus per se bisterias habet quæ duobus modis fiunt; aliquando enim frigus mane, in medio aestus, et sero iterum frigus, aliquando mane aestus, in medio frigus, et iterum sero aestus, et tunc malum est. Quoties ergo aestus mane fuerit, multis modis laeditur homo, vel quia minus se vestit, et frigus adveniens penetrat illum, vel quia calor aperit et frigus ingreditur, unde bisteria dicitur, hoc est, geminatur act.

plerumque sunt, febres prolixæ, et ventris fluxus, & putredines, et epileptici, apoplectici, et quinances.

16. In siccis autem, sunt oculorum causæ, artrætica, stranguria, dysenteria.

17. Secundum tempora quidem, fine veris, et initio æstatis, pueri, et qui horum competitæ æstatibus, bene valent, et maxime sani sunt.

18. Æstate vero et autumno tempore senes transeunt, et initio hyemis; residuum vero hyemis, mediæ ætates bene et optime transeunt, sicut juvenes et pueri in suo tempore sani sunt.

19. Autumnus tisicis (1) malum est.

(1) Scitote quia tisis secundum Athenienses, nihil est aliud nisi ulceratio et tumor in pulmonibus. Tisis ergo dicitur consumptio corporis totius. Fit duobus modis, aliquando

20. In temporibus autem , si hyscī sicca et frigida fuerit , ver autem austrinus et compluens , necesse est aestate febres acutas esse , et oculorum dolores , et lienterias , et dysenterias (1) nasci , maxime mulieribus , et quotquot humidas habent naturas.

enim præcedit ulceratio , et tumor in pulmonibus sequitur , et sic fit consumptio : aliquando vero primitus fit tumor , et postmodum ulceratio , et sic etiam consumptio fit.

(1) Scitote quia dysenteria nihil aliud est nisi continuationis divisio , vel ulceratio intestini ; quia intestinum continuum est , adveniens cholericus humor radit intestinum et ulcerat. Fit autem duobus in locis , in subtilibus intestinis , et in pinguibus , unde velut mucilagines videntur deponere : est dysenteria epatica , et emathera \* : epatica est ab epate , quotiens roseum sanguinem fundunt . Emathera autem quotiens de inferiori parte

\* Id est , cruenta.

21. Si vero hyems austrina (1) fuerit et tranquilla, et pluvialis, ver autem siccum et tempestivum, mulieres quibus partus ad ver inest sine occasione obortivum faciunt.

22. Quæ autem generant, inutilia et morbida generant, ut statim moriantur, aut debilia, aut inutilia, aut languida.

23. Reliquis autem dysenteriæ, et oculorum dolores sicci, et catarrhus. Senioribus autem catarrhus celerius recedit.

24. Si autem æstas frigida et sicca fuerit, autumnus autem pluvialis sit et fluxerit abundantia sanguinis in intestino majore, diverso colore, nigra, subpallida et spissa. Lienteria enim dicitur quæ est sine ulla retentione cibi in ventre.

(1) Dicit austrinam, hoc est, calidam; tranquillam, hoc est, siccam; pluvialem, hoc est, humidam.

austrinus, capitis dolorem facit, et tusses,  
et raucedines, et tisis (1) et coryzam,

(1) Tisis vero hic de capite fit, quæ est passio oculorum. Videamus ergo quod oculus est pars corporis visum recipiens, cui companionatio ex tribus humidis et quatuor membranis constat: humida autem est una crystalloides, in medio similis est albugini, cuique per suam humiditatem continet crystalloidem, unde et in dolore oculorum lacrimam mittimus cum collyrio; inferius vero alloides\*, quæ est similis vitro, quæ et ipsa humida est, substituit vero crystallidi. Membranae vero quatuor sunt hæc: interior ambiltroides \*\*, secunda ragooides 3\*, tertia ceratooides 4\*, quarta quæ et inferior spiricos 5\*: unde qui cataractas j deponunt usque in tertiam deprimunt ferramentum,

\* Lege Hyaloïdes, id est, vitreus.

\*\* Αυριθλησπενδίας, h. e. reticularis.

3\* Ραζοειδής, h. e. uvea.

4\* Κερατοειδής, h. e. cornea.

5\* Επαντρυκός χιτών, tunica adnata.

25. Ægreditudines autem omnes quidem in omnibus temporibus fiunt. Magis autem aliquæ in aliquibus efficiuntur et admonentur; etenim verno melancholia, mania, epilepsia, et sanguinis fluxus, quinances quoque, et coryza, et raucedines, et tusses, et lepræ (1), et zernæ \*, et maculae \*\*, et ebullitiones ulcerum multæ, et pustulæ, et attreticae.

quia si minime tetigerit, mox amittit lumen. Quando vero crepuerit oculus, aut exuberaverit foras, aut extilaverit, tisis dicitur, et illud fit quotiens nimia cerebri infusio fuerit ex illa infectione.

(1). Lepræ dicuntur quotiens in toto corpore discoriatio fuerit, et inflammatio est in circuitu † et in medio rubor.

\* Id est, impetigines.

\*\* id est, vitiliges.

---

† Guinterius vertit. « Et inflammations, in circuitu squamæ, et in medio rubor ». 16. 67

## § 2      *Versio antiqua*

26. Æstate vero aliqua horum fiunt, et febres acutæ continuæ, et causon, et tertianæ, et rejectationes, et solutiones ventris, et oculorum dolores, et aurium, vel oris, vulnerationes, et putredines veterorum, et desudationes.

27. Autumno vero multæ febres quartanæ et errantes, et multa occurunt, et erraticæ, et splen, et hydrops, et tisis, et stranguræ, et dysenterix, et sciasis, et quinances, et anhelitus, et ilion, et epilepsis, et maniæ, et melancholiæ, et artresis.

28. Hyeme vero pleuritica, (1) peripneumonia, branchos, et tussicula,

(1) Pleuritica passio multis modis atque causis fit, aliquando ex calore, ex frigore, et nunc in tantum quia aliquos phlebotomamus, alios non: aliis lanam oleo calentem imponimus, ut æstate, quando fit ex cholericis.

dolores laterum , pectorum , et lumbo-  
rum , dolores capitis , veragines quoque  
et apoplexia.

29. In æstatibus vero accidunt , mino-  
ribus quidem ; et novellis pueris , rejec-  
tationes ; vigiliae ; dolores umbilici ,  
tumores aurium , et humores.

30. Cum autem ad dentes ( 1 ) per-  
venerint , gingivarum prurigines fiunt ,  
aliquotiens medicamenta calida et unguenta  
adhibemus , ut in hyeme quando fit ex frigido  
humore.

( 1 ) Migrat ad aliam æstatem quæ est a  
septem mensibus usque ad annum . . . . .  
Differentiae dentium tres sunt , nam qui antea  
sunt , incisores nuncupantur , et juste incisores  
quia omne quod accipitur ipsi primitus inci-  
dunt , et quantum debiles sunt tantum et  
superius subtiliores . Post ipsos sunt qui canini  
vocantur , qui sunt quatuor : duo in dextra  
maxilla , et duo alii in sinistra , et juste canini  
qua , et canes ; ex ipsis ossa confringunt , et  
quod incisores non possunt communere , illis

et febres, et spastni, et solutiones ventris, maxime quando ejiciunt dentes caninos; et crassiores pueri ventris constrictiōnem patiuntur.

31. Majoribus autem infantibus tussiculae, et sponduli, qui in eis sunt, intus pulsantur, calculi, lumbrii, ascarides, verrucæ (1), satiriasis, acrocordinx, serophæ, et aliæ pustulae.

32. Majoribus vero et ad juventutem venientibus, horum plurimæ\*, febres traditur ut confringant: post ipsos sunt molares, qui incisa atque contracta subigunt et inoliunt, atque commassantur: isti in ultimo nascuntur.

(1) Verrucæ autem aliunde est: aliud acrocordina, verrucæ sigillatim sunt: acrocordina vero fissionem †, et circum ipsam plures inveniuntur.

\* Subauditur, causæ.

† Forte legendum, fortior est.

et diuturnæ , et ex naribus sanguinis fluxus.

33. Plerumque pueris determinantur (1) causæ , aliquibus in quadraginta diebus , aliis in septem mensibus , aliis in novem , aliis in septem annis , aliis etiam per sanguinis fluxum . Ad juventutem vero tendentibus , quæcunque infirmitates permanserint , sive juvenibus in juventute , sive foemini circa

(1) Vult Hippocrates ostendere supra dictarum passionum determinationem atque solutionem : dicit enim quod aliquæ in quadraginta dies determinantur , ut pleoresis in peripneumoniam conversa ; aliæ in septem menses , ut quartana ; aliæ in novem menses , ut epilepsia in infantibus ; aliæ in septem annis , ut epilepsiae in juvenibus : quæ enim in istis non finierint temporibus , cum ipsis moriuntur . Quæ usque in immutationem alterius ætatis perseverant , ut puellæ , per menstrua solventur , juvenes per sanguinis fluxum et immutations aliquando ætatis .

menstruorum eruptiones, veterascere solent.

34. Juvenibus autem fit sanguinis fluxus, tisis, febres acutes, epilepsia, et aliæ ægritudines, maxime autem quæ memoratae sunt.

35. Qui autem ultra ætatem istam sunt, cephalalgici, pleuritides, peripleumonia, lethargici, phrenetici, causon, cardiaci, diarrhoeæ, cholericæ, dysenterici, lienterici, hæmorrhoides.

36. Majoribus ætatibus horum, dyspœæ, suspiria, catarrhus, tussicula, stranguriae, dysenteriae, articulorum dolores, nephresis, veragines, apoplexiae, cachexiae, prurigines corporis, vigilia, solutiones ventris, oculorum et narium humiditates, caligines oculorum, glaucosis, gravitas aurium.



---

## PARTICULA QUARTA.

### I.

UTERO gravidas medicaminibus purgari sic convenit, a quatuor mensibus usque ad septem menses; a septimo usque ad nonum minime (1).

2. In purgationibus talia educere con-

(1) Questio quoque veracissima datur quare a primo usque ad quartum non., et quare a septimo usque ad nonum non? Sed in medio jubet et post modum non: sed istud est quod dicit Hippocrates, antea non jubet fieri purgationem quia subtilis est adhuc ipsa seminis coagulatio: in medio autem jubet fieri, quando confirmatum est semen. In ultimo vero non jubet fieri propter quantitatem (id est magnitudinem) quia et venae et arteriae plenae sunt, et matrix jam nimium repleta est, tantum ut, si vel graves senserit odores, ipsa purgatio (substantia) deponatur. Videamus

venit a corpore qualia sponte procedunt utile est. Quæ autem contrarie ( hi sunt boni humores qui sunt contrarii malis humoribus ) amagis retinere.

quomodo fit conceptus , aut quid prius in utero plasmatur \*. Conceptus antea fit ex semine viri et mulieris, post purgationem, conveniente simul in matrice. Sed matrix multa habet membrana : habet labia , habet collum, habet pectus , habet et latera , habet et fundum qui est similis cucurbitæ medicinali ( id est , ad ventosas quæ trahunt sanguinem ) nam non est similis matrix matrici cæterorum animalium , unde aliquando veretrum viri suggit in tantum ut , pueræ quæ volunt viros suos deludere, cœlismare se faciant ; et matrix per suum calorem et ventosiratem ad se illud trahit , et tale quidem patitur natura sicut cervus qui apposita nare ad orificium foraminis ubi est serpens, flatu suo illum trahit.... In utero venæ venis, arteriæ arteriis junguntur : unde Hippocrates caute purgate præcipit.

\* Id est , Fingatur.

3. Si qualia oportet purgare purgen-  
tur, apte tolerant; si autem contraria,  
graviter tolerant.

4. Purgare, aestate magis superiora,  
hyeme (1). vero, inferiora oportet.

5. Post caniculares et ante (2) cani-  
culares molestæ sunt purgationes.

6. Macilentes, et facile rejicientes,  
sursum purgari convenit, veniente aestate;  
difficile autem vomentes et medio cras-  
sos, inferius, veniente hyeme.

7. Phthisodea, vel pituita et melan-  
cholia \* ex inferiori parte, eadem ratione,  
purgandi sunt.

(1) Nomine hyemis significat etiam ver  
et autumnum, (id est, in vere et in autumno  
debet purgare).

(2) Antea et post dixit esse periculum duo-  
bus modis, vel ut subintelligas in medio  
mortem, vel quia philosophi extrema tangunt  
ut media subintelligentur.

\* Subauditur, abundantes.

8. Purgari in valde (1) acutis necesse est eadem die , morari enim in hujusmodi malum est.

9. Quibus versiones \* circa umbilicum et dolores lumborum non solvuntur , neque medicaminibus, neque aliter, in hydropem siccum deducuntur.

10. Quibus ventris lientefix flunt , hyeme purgari ex inferiori parte bonum est , superiori vero malum est.

11. Ante bibitionem ellebori, qui non facile purgat , præhumectare corpora cibo , et sic sumere bonum est. Cum ergo bibit elleborum quasi ad communionem \*\* corporis magis adducere oportet.

(1) Id est , peracuta quæ usque in quartum diem terminum habet , ut est quinantica , aut apoplexia .

\* Id est, tortmina. \*\* Lege commotionem.

12. Adducas \* autem somnum cum bibilitum fuerit elleborum, si corporis motus minime fuerit: ostendit autem navigatio quoniam motus corpora exagitat.

13. Cum autem volueris magis educere elleborum, move corpus; cum autem statuere somnum, noli movere.

14. Elleborum periculosum est etiam carnes sanas habentibus, spasmum autem facit.

15. Sine febribus constitutis stomachi morsus quibus est, et terebrationes ( i. e. errores ), et os amaricans superiorem pharmaciam exposcere significant, quibus vero inferius \*\* inferiorem significat.

\* Id est, subtrahe, impedi.

\*\* Deest forsitan, passio fuerit, ut in commentariis legitur.

16. Quicunque in pharmatico positi non sitiunt, cum purgantur, malum est (hōc est de senibus) et non desinant antequam sitiant. Et quicunque in phar-maco positi sitiunt cum purgantur, mālum est, et non desinant antequam minime sitiant (1).

17. Sine febribus constitutis si fuerit tormentum, et geniculorum gravedo,

(1) Questio nobis oritur: quod si sit malum est, et si non sit malum est. Quid ergo bonum est? Redditur talis ratio, quia cum sitiunt significatur catharticum nondum operari. Expectandum est ergo donec humores solvendos calore suo calefaciat, et sic calore calefacti sitire incipient. Item dico, si fuerit hēmis, materia phlegmatica, et senior qui accepit, et locus frigidus, et multum ex cathartico fuerit, et non sitierit, malum est, quia pinguis materia remansit; quae sitim non facit, dandum est ergo tandem donec materiam illam emoveat et sic sitiant. Itēm si fuerit colericus humor, juvenis qui accepit,

et lumborum dolores, inferiorem pharmaciā exponere significant.

18. Egestiones nigrae vel sanguineæ sponte venientes, cum febribus et sine febribus pessimæ sunt.

19. Quicunque in initio acutarum, sive aliarum ægritudinum, melancholicum vomuerint, ipsa die morientur. Si autem in statu vel declinatione quidquid tale emiserint postera die morientur.

20. Et quando amplius colores passions habuerint rejectationes, tanto amplius malum est, et tunc medicamine opus est (1).

Iocus et tempus calidum, ille antequam faciat\* multum sitit, quia qualitas illum sitire facit, non purgatio, tandem ergo purgentur donec humores deponantur et sitire desinat.

(1) Dicit quando ex coleribus \*\* multis,

---

\* Id est, dejiciat. \*\* Id est, copiosa bile.

21. Quarumcunque ægritudinum initium , colera nigra sursum vel deorsum manaverit , mortale est.

22. Quibus ægritudinibus acutis et diuturnis , vel de abscessu \* passionis extenuatis hominibus , colera nigra , vel sanguis niger manaverit ; posterō die moriuntur.

23. Dysenteria si a colera nigra initiaverint , mortale est.

24. Sanguis autem si sursum manaverit qualiscunque , malum est ( 1 ) ; inferius autem bonum.

colores isti fiunt sponte , malum est ; si vero accepit adjuatorium , bonum est , quia purgat inimicum naturæ.

\* Id est , discessu.

(1) Opponitur ecce dicendo , quare , si sursum , malum est . Nam saepè , si sursum effluxerit , bonum est , in tantum ut per narium fluorem multæ ægritudines determinentur ,

25. Nigræ egestiones in dysenteria, vel habentes quasi carnes, mortale est.

26. In febribus sanguinis fluxus, quantumcunque fuerit, bonum est; in refec-  
tionibus enim hujusmodi et ventres  
humecti sunt.

27. Quicunque ex colerica eges-  
tione (1) surdi facti sunt, constrictione  
id est, synanchus, et synoches febres, aliquando  
et causon, et sinancicam passionem aliquan-  
do solvit; et istud totum contra Hippocratem  
apponitur. Sed dicimus tantum et talem vi-  
rum, non mentitum. Nam de naribus non  
dicit nunc, quod est particulare, et consue-  
tudinarium ejicere sanguinem Sed dicit, quia  
per os emittentes sanguinem, malum signi-  
ficiat, aliquando enim mortale est, aliquando  
periculosum, et ideo malum est, quia uni-  
versalis egestio est: nam ex sanguine totum  
corpus nutritur, egestionem itaque sanguinis  
mors subsequitur. Inferius ideo bonum est  
quia haemorrhoides aliquando elephantiosoz  
curant, aliquando quartanam. ....

(1) .... Hoc absurdum videtur: sed

ventris curantur, et quibus ex constrictione fit \*.

28. Quibuscumque in febribus (i) sex diebus constitutis (i. e. definitis sex

reddimus talē rationē, quia coletico humore residente in stomacho, ut vapor ipsius cerebrum tangit, aut ipsi humor sursum petit, et surditatem facit, ergo dissolutio ventris illum decurrere inferius facit, et sic solvit passio. Si vero resolutione surditas facta fuerit, vel nimia inanitione, constrictione curatur. Ipse enim dicit quod contraria contraria curantur.

\* Deest, ex solutione ventris curantur, quod in commentariis legitur.

(i) . . . Tertius dies determinat quintum, et idem quintus determinat septimum, et septimus determinat nonum. Videamus quando bona est determinatio, et quando mala. . . Tertia dies quinanticam determinat passionem; si terminatio illo die non determinavit, in quarta die motiuntur. Item tertianus, si tertia die perturbationem habuerit, quinto die determinatur. Sed si quinto die augmentum passionis advenerit, sexto die solvitur, et determinationem facit. Sexta autem die

diebus) rigor fit discretat, (i. e. acre-tico \* discedit).

19. Quibus accessiones fiunt, si ea-dem hora qua dimiserint ægrum, in crastinum eadem hora moneant, discretio faciunt \*\*.

20. Qui de quartana exagitantur, de spasio non facile moventur. Si autem moti fuerint prius et supervenerint quartanæ, desipunt.

21. In laboriosis febribus, si in arti-quare tigorem facit? aut quot res conveniunt in unum ut non sit determinatio bona, sed sit dyscreta; hoc est, insolubilis? Scitote quod quatuor res in unum convegiunt, quæ hoc faciunt: si natura debilis fuerit, si non fuerit digestio urinarum, vel ventris, si fuerit ve-bemens passio, si fuerit virtus attenuata dic sexto, malum est.

\* Sine crisi.

\*\* In commentariis legitur, dyscreta fiunt; id est, difficile judicantur.

culis, et circa maxillas maxime, apostasis nascitur, aut ex apostemate febres fiunt, eruptione \* solvuntur (1).

32. Quibuscunque exurgentibus de morbo continuo aliquid doluerit, illuc apostasis fit.

33. Si dolor quis fuerit ante agitudinem, et illuc influxet morbus, malum est.

34. Si feblicitanti, tumore (2) non constituto in fauibus, præfocatio subito supervenerit, mortale est.

\* Id est, rupto apostemate solvitur febris.

(1): Hoc dicit, quod si quis in febribus laboraverit, maxime illi apostemata nascuntur, vel si quis apostemate febtierit, erupto apostemate, solvitur febris.

(2): Quando tumor non fuerit in cervice, neque in fauibus, sed neque immisso digito tumorem inveneris, et subito facta si fuerit præfocatio, tunc crede quia factus est tumor in trachea attetia.

35. Si febricitanti collum non convertatur; aut, tumore non constituto in collo, præfocatio subito supervenerit, mortale est.

36. Sudores febricitanti si cœperint in tertia die, et quinta, et septima, et nona, et undecima, et quatuor-decima, et septima-decima, et vigesima-prima, et trigesima-prima: hi sudores morbo determinantur; si autem sic non faciunt, mortem significant, vel dolores, vel longas ægritudines, vel iterationes.

37. Frigidi sudores cum acuta febre mortem prænunciant.

38. Cum autem molliores \* prolixitatem morbi.

39. Ubi in corpore sudor, illic indicat morbum.

\* Lege, molliore febre, i. e. mitiori.

40. Sudor multus in somno sine aliqua causa factus, ostendit quia multo uritur cibo; si autem, cibum non accipientibus, hoc contingat, significat quoniam inanitionem postulat corpus.

41. Sudor multus frigidus majorem \* morbum significat, calidus minorem ostendit.

42. Febres quæcunque non deficiunt tertia die, instante sudore, fortiores sunt et periculosæ; et quæcunque sic defecerint, (i. e. cum sudore) ostenditur quod sine periculo sunt.

43. Quibuscunque autem febribus tumores et dolores sunt in articulis (1) ostenditur quod sine periculo sit.

\* Longitatem, legitur in commentariis.

(1) Hoc est, si in febribus tumor appuerit in articulis, tunc ostenditur quod ægritudo per apostemam solvitur.

44. Quibus prolixæ febres sunt, his aut tumores in articulis, aut dolores nascuntur ex febribus; hi multis cibis utuntur (1).

45. Si rigor obvenerit, febre non deficiente, jam debili, mortale est.

46. Excreationes (2), in febribus non deficientibus, lividae et sanguinolentæ, et gravi odore; hujusmodi omnes malæ sunt. Accedentes autem bene, et optimè. Et circa secessum et circa urinas maxime bonum est \*.

47. Si qui, febribus non deficientibus, a foris frigidi sunt quidem; et intra ardenti, et sitim habent, mortale est.

(1) ... Unde podagricos et arthriticos refrenamus a cibis.

(2) Cum excreationem dicat, salivam decurrere significat, quia aliud est excreatio, aliud tussis.

\* Subauditur, si commode exeant.

48. Indeficientibus febribus, si labium, aut oculus, aut supercilium, torqueatur, aut non videat; debilis constitutus; si quid horum factum fuerit, proxima erit mortis.

49. Quibus forte non deficientibus febribus suspirium nascitur et desipientia, mortale est.

50. In febribus apostema (1) a prima crisi non solutum, longitudinem morbi significat.

(1) Si quis in febribus apostema fecerit ante criticum diem, signum est quod virtus est valida quæ illud expellit, si erupta \* vero fuerit, et primam crism non senserit \*\* ægritudo, abundantiam significat humoris et longam ægritudinem.

\* Lege, eruptum.

\*\* Id est, si a prima crisi non imminentia fuerit ægritudo.

§ 1. Quibuscunque in febribus, vel in aliis infirmitatibus, voluntarie oculi lacrymantur, nihil molestum est; quibus invitè, molestissimum est.

§ 2. Quibus in febribus constitutis lumenositates in dentibus fiunt, fortiores febres et periculosæ erunt.

§ 3. Quibus plurimæ tussiculæ siccæ et modicæ (1) in febribus urentibus exagitantur, non valde sitiunt. (scilicet malum est.)

§ 4. Qui ex inguinibus febriunt, malum est, exceptis simplicibus febribus.

§ 5. Febricitantibus sudor superveniens, si non minuerit febrem, malum est. Extenditur enim morbus et humorum plurimum significat.

(1) Modicæ tusses vocantur quæ ex faucibus sunt.

56. Spasmò aut tetano si febris acuta supervenerit , solvit ægritudinem.

57. De causon laborantibus , rigore superveniente , solutio fit.

58. Tertianus verus determinatur in septem periodis.

59. Quibuscunque autem in febribus aures surdæ fidunt , si sanguis ex naribus fluxerit , aut venter turbatur , solvit ægritudinem.

60. Febricitantem si in critico (1) die, sine signis, febris demiserit, iterata solet.

(1) Galenus dicit : sæpius vidi et agnovi ex usu quod in critico die determinata est ægritudo ; et iterata . item vidi quod critico die determinata est ægritudo , et non iterata..... Videamus ergo quare hoc dixit Galenus : redditur talis ratio, quia si antea non præcesserint signa digestionis \* , id est , aut capitis dolor, aut digestio urinarum , aut virtus valida in

\* Id est , concoctionis.

61. Quibuscunque in febribus icterus nascitur ante septem dies , malum est. Si quidem liquidum faciat ventrem , bonum est.

62. Quibuscunque in febribus quotidie rigores fiunt , quotidie febres solvuntur.

63. Quibuscunque in febribus septimo , vel nono , vel decimo-quarto die , ieterici nascuntur, bonum est, nisi præcordia dextra dura (1) fuerint : sin minus , non est utile.

pulsibus , adveniente critico die , si natura aliter fecerit , non terminatur perfecte..... Quando vero supra dicta signa præcesserint in die critica , et bona crisis fiet , et perfecte determinabitur ; si in die critica non fecerit determinationem , et in alia fecerit , tunc erit iteratio ægritudinis.

(1) Si ex duritia hepatis icterus fiat , bonum est. Quare ? quia relaxatio est aliqua ; si enim non fuerit icterus , magis malum est.

64. In febribus circa ventrem cauma forte et præcordiorum morsus , malum est.

65. Si in febribus acutis ventris morsus est et viscerum dolor fuerit , malum est. Quod si supervenerit passio acuta , mortale.

66. In febribus ex somno timores et spasmus , malum est.

67. In febribus spiritus deficiens malum est , spasnum enim significat.



## PARTICULA QUINTA.

### I.

**Q**UIBUS urinæ crassæ et globosæ, non sine fæbris, extenuatio juvat; maxime enim talia eveniunt quibus ab initio percelerius apostasis est.

2. Quibus urina confusa velut jumenti fuerit, his capitis dolores aut sunt, aut aderunt.

His desinit codex Manuscriptus, alios vero aphorismos qui in reliquis sectionibus a vulgaris discrepant, ex versione Joan. Guinterii Andernaci, in nostris notis subjungemus.





N O T A E  
ET EMENDATIONES  
IN HIPPOCRATIS  
A P H O R I S M O S.



N O T A E  
ET EMENDATIONES  
IN HIPPOCRATIS  
A P H O R I S M O S.

---

---

NOTE IN SECTIONEM PRIMAM  
APHORISMORUM.

A PH. 1. ΚΑΙΡΟΣ , proprie significat ipsum momentum ac punctum in quo aliquid sit agendum.

Σφαλερή , significat etiam periculosa , lubrica.

Κρίσις , idem est hoc loco ac λέγεται κρίσις .

Παιώνια , pro τριτοτά , hanc loquendi formam , cujus innumera sunt exempla in codicibus scriptis , ab Æolibus mutuarunt Iones.

## S 2 Note in Sect. I.

APH. 2. Ταράχαι τῆς κοιλίας, perturbationes ventris, hoc est, dejectiones per inferna. Κοιλία enim, hic pro alvo sumitur, quamvis alias etiam ventriculum significet.

Κοιλία, vasorum inanitio, per hanc vocem intelligenda est omnis vacuatio arte facta; sic autem vocatur quia per eam inania fieri vasa contingit.

Οἴα σῇ γίνεθαι, sic optimi Codd., pauci σὺν σῇ legunt, alii σ. Lectionem quam admissimus agnoscunt Galenus, neconon Philotheus qui hæc verba sic interpretatur, ἣν οἴα σῇ κατέσθαι, κατέγνωται; id est, si, qualia evacuari debeant, evacuentur.

APH. 3. Γυμνασίου, hac voce non sunt intelligendi qui quolibet modo exercentur, sed eos potius quorum hoc studium est ut athletico labore, contra adversarios exercendo sese muniant, unde multi γυμναστικής, athletas recte interpretantur.

*Εὐρέται*, sunt sumine firmæ constitutiones, ut vertit Cicero, quemadmodum *καχίξια* infirma constitutio, seu affectio.

*Οὐδὲ τι δύναται*, sic Vorstius et multi alii, omnes tamen codices habent εὐ ιπι.

*Ευμάταις*, extenuationes vocat vacuationem ipsam, hoc est, extenuationem, coincidentiam, contractionemve, ἀπὸ τῆς ευμάταις, concidere, et contrahere, nam vacuatio corporis molem considerare facit.

*Φύσις*, natura, id est, facultas, virium robur.

*Κεράστη*, inanitiones, per hanc vocem intelligenda omnis repentina vacuatio, ut per ευμάταις vacuitas quæ sit per inediaim, aut venæ sectionem.

*ΑΡΗ. 4. Μητρίχελαιον*: vulg. *κεράστη*.

*Καὶ πάλιν εἴ πλην.*, sic legi, pro εἴ γαρ εἴ πλην. cum antiqua versione quæ repetitur in Articella, edita Lugd. an. 1534, aut εἴ expungendum, ut videre est apud Oribasium et multos alios, nam ex hac

conjunctione maxima obscuritas huic sententiae accedit. Forsan hæc antithesis ab aliquo temere fuit adjecta , nam in multis codicibus scriptis deest , et de illa nullus sermo est in commentariis Galeni.

**APH. 5.** Πάντα γάρ ὀφελοῦσι : male vulg. πάντα γάρ τὸ ἀμάρτημα ὁ , legunt , nam hanc lectionem non agnoscent nec Galenus , nec Oribasius , ne conon optimi codices

Μίσα μάκρων γίνεται , gravius his fit , id est , juxta Oribasium , aut magnum malum , aut magnum bonum , nam non leves sunt casus qui eis contingunt.

**APH. 6.** Επεχθεῖσαι θηραυνθῆσαι : hæc verba intellige de tenuissima diæta.

**APH. 7.** Πόνος labores , id est , paroxysmos , aut ipsa morbi symptomata.

**APH. 8.** Πρότιμος *τέλος* : vulg. πρότιμος.

**APH. 9.** Ταραχήσθεισαι , id est , juxta Philotheum , μὴ τρέπεται. Ταραχήσθεισαι enim est græcis αἰσθύνεσθαι , hoc est , recuso , respuo , fugio. Post hunc verbum vulgata addunt χρή , sed in optimis codicibus deest. A

multis

multis editoribus hæc vox s̄xpe addita fuit, sed immenito; nam infinitiva vulgo imperandi sensu ab Hippocrate usurpanatur, ideo hanc vocem expunximus quoties in aliquo codice defuit.

APH. 14. Τεκναμάτων, Hipp. ὑγειανάπαθα, somites, vocat alimenta.

APH. 15. Εχεις: vulg. ἔχεσι.

APH. 19. Κρίσται, hac voce ipsi paroxysmi sunt intelligendi.

APH. 21. Η φύση, hanc vocem ex codicibus scriptis huc revocavimus.

APH. 22. Οργή, turgent, humores turgere dicuntur cum ad excretionem impelluntur, et nondum firmam aliquam inclinationem ac stationem ad unam partem habent. Super hunc aphorismum magna contentione decertarunt medici; multi contendunt humores s̄xiusturgere in acutis morbis, alii vero contra: tantas dirimere lites nec meum est, nec instituti ratio sinit; attamen mihi liceat obiter monere, quod Galenus dicat, in suis

commentariis, hanc sententiam in quibusdam exemplaribus non reperiri; revera apud Oribasium deest, et cum, tum experientia, tum scriptis Hippocratis, constet sapius initio morborum acutorum turgentem humores, suspicor ultimam partem, τὰ δὲ πολλὰ σκόρπια, ab aliquo fuisse additam. Eo magis mihi arridet haec opinio quod Galenus addat eumdem aphorismum reperiri in omnibus exemplaribus libri de humoribus, sed in illo libro longe aliter legitur ea sententia, ait enim Hipp. v. 85. Δεῖ δὲ οὐρανίας ἐν ὅγλαις πολλὰ διένει, raro autem in acutis multa ducere oportet.

APH. 23. Τὰ χωρέοντα non sunt duntaxat alvi dejectiones, sed ea omnia quæ e corpore dejiciuntur.



---

NOTÆ ET EMENDATIONES  
IN SECTIONEM SECUNDAM.

ΑΡΗ. 1. ΠΟΝΟΝ, laborem, id est, noxiam.

ΑΡΗ. 2. παραπόσυν proprio est errans et depravatus (imaginationis motus). Πάνερ, vulg. πασχει, male.

ΑΡΗ. 4. Πλησμη, satietas, dicitur quando plus cibi quam corpori convenit ingeritur.

ΑΡΗ. 5. Κέντησις, sunt sensatio-nes molesteræ, quæ citra motum accidunt.

ΑΡΗ. 6. Τὰ πόνων, hoc leço, Philotheo teste, est diuinæ latencies, id est, omnipot.

ΑΡΗ. 7. Πλησμη λεπτ., τοδρός: vulg. legunt πόνων χρόνη λεπτ., σάματα, τοδρός, sed χρόνη et σάματα in optimis codicibus desunt; ideo, ellipsi Hippocrati maxime communi, subaudiri debent.

Νεθρός lente, id est, λαπτώτε tenuiter.

Ολίγος, οὐδ ταχὺτε καὶ αἴρος, id est, celeriter et plenius. *MΗ ΤΕ ΕΙΤΟΥΣ*  
APH. 8. Λαμβάνωνται: post hunc verbum vulgata addunt τι.

APH. 10. Οκίσαν ἀν τοι : referri debet ad συμάτων attractionē antiquis grācis propria, vulgata male οκίσαν ἀν.

APH. 11. Πληρώθη, hoc loco significat refici, non impleri, ut apud plerosque interpres. Sic Demosthenes dixit πληρῶν τὴν τάῦτα, καὶ πληρώθη τὰς θαῦτας, supplementum classi præbere.

APH. 12. Ταντίποζίτε, hanc vocem revocavi tum ex Galeno, tum ex lib. 6. Epid. Sect. 3, nam θαντίποζίτε στοίχου εἰδῶν vulgatorum, est glossema.

APH. 14. Πύοιτ, πύοιτο hoc loco, Philotheo teste, non aliud significat quam ικκριῶν, i. e. excretionem sponte factam.

APH. 15. Φάρυγξ, fauces significat, hoc est, internam oris quæ gutta et gutturi præjacet amplitudinem.

Φύματα; tubercula, hic generatim accipit Hippocrates, pro omnibus præter naturam e corpore erumpentibus et pullulantibus tumoribus: speciatim vero hæc vox sumitur pro inflammatione glandularum quæ statim augetur et in suppurationem vertitur. *APH. 16.* Αγρικ, fames, sumitur pro defectu cibi aut inedia; quæ consilio ac voluntate, nulla cogente rerum penuria, suscipitur.

Novies; de vehementi motu, quem exercitium vocamus, intelligi debet.

*APH. 17.* Παρὰ σύεται, præter naturam, hoc est, plusquam concoqui, ac nostris humoribus assimilari possit. *ibid.* Ηρόδοτος Νέον, ante hanc vocem in vulgatis legitur τάχος; quod unius codicis antiqui autoritate, cum multis editoribus expunxi.

*APH. 18.* ετῶν πρεσβύτερον: vulgata εῖται τηρούταται. Oribasius quidem hanc vocem intelligit de iis qui mæltumingerunt; attamen mihi potior videtur Galeni interpretatio.

11 Αθράει, confertim, affatim, universim, idem est quod ἐξαιρετικός, et opponit ut ei quod κατὰ βραχὺ, paulatim, gravis dicitur. ad modum auditaciorum  
 Διαχείριστος, proprie de alvi dejectione sumitur, attamen cum Galeno hic omnes excretiones intelligendae sunt. Et enim, eodem teste, φημί τε γέροντας διαχείριστον εἰσαγένετον, οὐ μὲν τοῦ διαχείριστον εἰδούσαντα τὸν γαστήρα μέντος λίγην τοντὸν αἴρειν τὸ τῆς διαχείριστος υπάρχοντος ἀγχοτῆν ὄπεια. εἰς προτοτάξιον οὐδὲν τοιοῦτον οὐδὲν τοιοῦτον  
 ΑΡΗ. 10. Λεπιδηράστη, sic cum MS. E. pro πρωτεύετοι γενεράτορε vulgatorum, quod est glossa. q. scilicet p. audirem et ad  
 ΑΡΗ. 11. Διητή, intellige famam caninam. q. τοιούτην οὐδὲν λογοτελέα, οὐδὲ τοιούτην

Θώραξ; Philotheo teste, est αὐτολογία, seu vini meracioris potio, male itaque interpres vertunt, vini potio, nam θωράσσω, ut apud Phavorinum videre est, significat armo et inebrio; Galenus observat vina rubra generosa

nec acida, esse in hoc morbo eligenda.  
APH. 22. Τικται, de morbis qui adhuc  
fiunt intellige, non enim eos qui jam  
facti sunt sola sanat vacuatio.

(Πλησμονή, intelligenda hic est de re-  
fectione quæ cibis cùchymis fit, in initio  
autem aphorismi pro satietate sumitur.)  
APH. 27. Παρακόγεν, sic Galenus et  
multi codices: vulg. παραλόγως. Μετά  
ατ. Αξιοποιος: vulg. ante hanc vocem isti  
addunt.

Οὐαράνιος καὶ τοῦ: vulg. πάνυ τοι. Ιατρική  
APH. 28. Ξυσθίσσεται, juxta Galenum,  
sumitur καταχρεῖσθαι: pro ξυσθίσθαι,  
attenuari, minui, ac collabi, male igitur  
multi interpres vertunt colliquefieri.

APH. 31. Ευστίθη, Άεοlice pro iusstis  
hanc loquendi formam, antiquis Ionibus  
communem, quoties autoritate veterum  
codicium licuit, revocavimus. Porro ιυ-  
στίθη est cibum haud exiguum sumere.  
In Τῷ στόματι τοῦ: vulg. τὸ στόμα.  
APH. 34. Εἰ, εἰ; vulg. οὐ μάλα; sed μάλα;

ut inutile expunximus cum Oribasio , ex versione Guinterii , aut legendum cum antiquo interprete μάνεται οὐδὲ τίς : quæ lectio mihi verior videtur , et forte sola vera est ; ut patet ex Aphor. i. sect. octava , qui certe ex præsenti est excerptus .  
APH. 43. Præcedenti aphorismo docuit Hipp. quod vehementis apoplexia non curetur , nunc vero declarat quibusnam signis hæc apoplexia noscatur ; nam vox θραύσματος non de laqueo strangulatis intelligenda est , sed de iis qui apoplexia vehementi , aut etiam angina , capti , difficile spirant , et spumant : quod autem in apoplexia vehementi spuma circa os aliquando colligatur docet ipse Hipp. lib. 2. de Morbis , sect. VI. v. 71 et seq. οὐδὲν λαίπτεται . . . καὶ ἀπέστη , sideratus fit , seu apoplexia tentatur , et spumescit , hoc etiam in angina fieri docet , lib. 3. de Morbis .  
ΑΡΗ. 44. Κατὰ φύσιν , hoc est , simul atque in lucem editi sunt , a pueris .

APH. 45. Τοῦ ὄφεων, καὶ τῶν τόπων εἰς:  
vulg. habent tantum καὶ τῶν χωρίων.

APH. 49. Η καὶ γέρεως: vulg. Η γέρεως.  
Αξυνθίσιος εώς, vulg. αξυνθίσιον.

APH. 51. Διότι εώς: vulg. καὶ γέρεως.  
Ακατε, idem quod μάλιστα, hoc loco,  
significat.

Hv ἀξεῖσθαι, vulg. οὐ τις ἀξεῖ, male, nam  
sensu neutro hic sumitur μεταβάσις,  
quod Hippocrati frequentissimum est.  
Sic supra, aphor. 49. hujus sectionis,  
ait, οὐτε πάχυνει τούτην.

APH. 52. Μὴ γέρεως: vulg. καὶ μὴ γέρεως.



## NOTÆ ET EMENDATIONES

## IN SECTIONEM TERTIAM.

APH. 1. ΑΥΤΕΝΣΙ, ex codice F. in textum vocavi.

APH. 3. Καὶ τῶν νέστων εἰς, καὶ deest in vulgatis.

APH. 5. Οὐτώ, in textum vocavimus ex codicibus C. E: et I. Attamen δὲ vulgatorum retinéri potest subaudiendo ἄποινος.

Τυαῦτα προσδίχθεῖσαι, sic cod. C. Τυαῦτα εἰ τῆσιν ἀφεύγουσι τῷ. habent vulg. quod glossa videtur, morbos enim, non eorum symptomata hic enumerat Hippocrates.

APH. 8. Ακαλάσσατο τις τοι: τὸ abest in vulgatis.

APH. 9. Τισίτης, sic optimi codices, attamen multi habent εἰς ιτισίτης, unde

vertunt interpres ; ut plurimum , sed  
camdem vim habet τετίταρ , unde nihil  
mutandum .

APH. 12. Λεπτό , hoc est invalidi ,  
λεψίον enim , Phavorino autore , interdum  
idein est ἀσθίνης .

APH. 13. Εἰς τὸ χειμῶνα deest apud  
Orib. et legisse videtur ad finem apho-  
rismi , φθίσις καὶ κέρυκες , sine hincis δὲ  
καὶ φθίσις . Per phthisin autem morbum  
oculorum intelligit , vide com. Oribas.  
part. 3. aph. 15.

APH. 14. Πελοχρόνια , sic optimi codices  
legunt ; vulgata κέρυκες habent , unde  
falsissima emergit sententia .

APH. 17. ιωχρόεσσιν : vulg. ιωχρα .

APH. 19. Πάντα μέρος : vulg. δὲ πάντα .

APH. 21. Τριταῖον μηνίσκον ; sic MS. F.  
vulg. addunt καὶ τεταύταιον , sed hæc verba  
esse expungenda res ipsa declarat , si-  
quidem quartana est morbus autumno  
peculiaris , non vero æstati , nisi æstatis  
finem quæ autumno proxima est hic in-

telligatur : hinc est quod neque antiqui interpres , neque Galenus in suis commentariis , neque Oribasius , neque etiam Celsus : dum hanc interpretatur sententiam , quartanarum meminerint .

*Iδησα* , sudamina , juxta Galenum , sunt pustulæ in summo hærentes corpore , quæ instar ulcerum cutem exasperant , sic autem vocantur ex eo quod propter nimios sudores et calores oriuntur . De his vide Trilleti dissertationem de verâ exanthematum miliarium differentia . *Idemq* APH. 23. *Κέρυζει* , ante hanc vocem vulgata habent *λαθρόν* , hanc vero expunximus ex eo quod nec in vetustissimis codicibus , nec in antiquis versionibus , nec in Galeno , nec demum in ipso Oribasio reperiatur , et res ipsa clamat eam esse expungendam .

APH. 26. *Σατυριασμοί* , satyriasmī , i. e. prominentes juxta aures glandularum tumores .

*Φύματα* , post hanc vocem vulg. add. *μάνια*

μάλιστα σῇ αὐτῷ πρωτημένα : hæc vero ut  
glossema , cum multis codicibus , ex-  
punxiimus :

ΑΡΗ. 27. Τεττάρα τοῦ : vulg. τετταύ  
ἢ τά.

-ad stagluy .



---



---

NOTÆ ET EMENDATIONES  
IN SECTIONEM QUARTAM.

APH. 4. ΘΕΡΕΟΣ μήτερ : vulgata habent, μήτη θέρεος.

Tὰς ἀνώ, subandiendum τὰς κυνήσεις. Ventres superiores hic vocat Hippocrates, os ventriculi et ipsum ventriculum; inferiores vero, intestina.

APH. 10. ἀνθεύοντος, hoc est, juxta Philotheum, statim in principio, non expectantes secundum, aut tertium diem.

APH. 14. Καὶ τὰς ανηστάσεις : sic MSS. c. et F. καὶ μη κυνήσεις vulgatorum certe est glossa.

APH. 15. Εστατί, Ionice pro ἐστατί, aliquoties in textum revocavi, cum hujus lectionis vestigia in antiquis codicibus reperi: sapè enim legitur ἐστατί ἀττ., quod forsitan errore librari pro ἐστατί scriptum; unde hac lectio forte ubique revocanda

in Hippocratis libris. Multi alii Ionismi eadem ratione revocari possunt, et hoc nonnunquam tentavi. Si viri docti meis conatibus faveant, nonnullos alias Ionismos revocabo in editione operum Hippocratis quam publici, juris facere mihi animus est.

APH. 16. Στασμός : sic Ms. F., vulg. στασμός.

APH. 18. Οδυπίγαλα εώς : vulg. addunt ὀκόντια καθάρος δίτται, quod videtur glossema.

APH. 21. Κάκης : sic optimi codices, attamen legendum cum Galeno κακόν.

APH. 23. Η πολυ. εώς : vulg. ή εὖ πολυ.

Αλλος λεσχή. εώς : vulg. αλλος πας λεσχή.

Οκοῖς εώς : vulg. οἱ οκοῖς.

APH. 25. Αγαθόν : post hanc vocem vulgata legunt, η μέλανα ωτογενεία, sed sensus plane opponitur iis quæ in præcedentibus dicta sunt aphorismis: unde nonnulli addunt κακόν. At ex antiquis interpretibus et ex ipso Oribasio patet hæc:

τὰ μέλανα τὸν χρόνον, ex sequenti aphorismo, huc traducta fuisse, nisi cum Galeno hoc de hemorrhoidum fluxu intelligamus.

APH. 26. Αἱ σάρπεις: sic optimi codices, et Galenus: vulgata habent ὄξειν ἀἱ  
αἱ σάρπεις. In antiqua versione, quæ in Atticella reperitur, ille aphorismus sic vertitur:

« Nigræ egestiones si a dysenteria  
» habito, ut intestinorum carnes,  
» egerantur, mortale ».

Unde forte hic aphorismus sic legendus:

Τὰ μέλανα σμαχωρίματα ἦν, οὐδὲ σμαχωρίς ἔχομέν τι, ὅκατοι σάρπεις υπερβολέασι, δανάσσουσι.

APH. 28. Διαχωριστῶν, ex optimis codicibus revocavi.

APH. 34. Εχθέτο: hoc verbo utitur Hippocrates, quando vult significare aliquem vehementi morbo esse detentum.

Εχθέτο: vulg. επηγίζεται, quod est glossa.

APH. 36. Οάρατον σύμαινε : hanc lectionem ex Oribasio recepimus ex eo quod iis, quæ multis in locis Hippocrates docet, confirmetur. Vulgata habent πόνων σύμαινε τῇ μητρὶ τέλει, sine διάταξι.

APH. 38. Οὐς εἰς : vulg. καὶ οὐς. Eamdem lectionem admisimus aph. 40.

APH. 40. Δέκατη , hanc lectionem ex Oribasio , vertente Guinterio , récepi : vulgata legunt γήιντα : at optimi codices θέλκυτα , quæ forsitan vetior lectio.

APH. 41. Η σύματα , & ic τὰ αρθρά : sic cum MS. F : vulg. legunt σύματα ic τὰ αρθρά & πόνοι , sed perperam : nam cum tubercula in omnibus corporis nascantur partibus , nulla ratione ad articulos tantum referri ac contrahi debent.

APH. 47. Λευχρέματα ic εἰς : vulgata λευχρέματα εἰς ic .

Οὖτε κατέτινε , requirente sensu , addidimus. Guinterius vertit : « dejectiones etiam et urinæ juvant quæ commode exēunt ».

APH. 53. Autem: ex MS. F. revocavimus.

APH. 54.: Βῆχετ ξυρά: vulgata habent, δικόσιον ἐπί πολὺ βῆχετ ξυρά, βραχία ἵπσιζοσι εἰς πορτώναις καυσαδήναι, quibus diu durant tusses siccæ paulum irritantes in febribus ardentibus. Hæc lectio si admittatur hic aphorismus maxime est obscurus.  
 1°, quid sit ιων πολὺ non patet. 2°, non magis liquet quid sint βῆχετ ξυρά, βραχία ἵπσιζοσι, ut jam animadvertisit clariss. Trillerus, observat. crit. p. 258. Enī πολὺ deest VI. Epid. sect. 2, vers. 43, ubi hic aphor. legitur. Codex MS. Regius cum Comment. Galeni distinctis verbis exhibet τραχίαν ἵπσιζοσι, unde mendi suspicio validius adhuc confirmatur: ideo idem Trillerus legendum potius existimat βῆχετ βραχία ἵπσιζοσι, tusses fauces, siue guttura exasperantes. Quāvis fateamur facillimum esse lapsum inter βραχία et βραχία, veriorem ac magis planam existimamus lectionem eam quam ex

Oribasio admisimus. Βραχίων est Ionimus cuius multa reperiuntur exempla in antiquis codicibus, unde in singulari numero legitur etiam βραχίων, et sic de aliis adjectivis fœminini generis in ἔις: non nulli vero male scribunt εἰς.

APH. 55. Βασάν, hic sumitur pro omni tumore, aut inflammatione glandularum.

APH. 57. Εχομένῳ οὐο : vulg. ἐνοχλημένῳ.

APH. 61. Περικοῦ ἀπίρρη : sic cum Gal. et multis antiquis codicibus: his vocibus autem dies criticus intelligendus, aut κριτικῷ legendum pro περισσῷ, nam, ut vulgo vertitur, sententia falsissimā est.

APH. 64. Ηὕρη μή : si haec voces, ut vulgati interpretes fecerunt, referantur ad duritiem hepatis absurdus est aphorismus, ideo de judicatoriis diebus intellegas, in hanc nimirum septentiam: si vero non in diebus judicatoriis accidat morbus regius, malum: at quoque die accedit icterus, si conjunctus sit cum duricie hepatis, semper malus est.

APH. 65. Τοῦ Κηρόγενον : ex MS. F. revocavimus, unde, ut cuique patet, verior exurgit sententia.

APH. 69. Λεπτόν : sic cum MSS. D. et F., scilicet πλεῖστος λεπτόν ἔρατ, copia urinarum tenuium. Hic vero per urinas tenues, non intelligendæ sunt proprie sic dictæ, sed collatione ad grumosas, ita ut eædem sint ac medioeres.

APH. 70. Πάρειζη ω : vulg. à πάρειζη.

APH. 71. Κρίνει : hæc vox hic intelligenda de judicatione quæ fit ad salutem, unde, ut patet ex Oribasio, nonnulli addiderunt πρὸς σωτηρίην.

APH. 73. Διακοπέραιζοντα, forte legendum διακοπέραιζονται, nam Guinterius vertit, murmurant.

APH. 74. Ρύσται : Oribasius legit ῥύσται στατικά αἰτ., liberantur per abscessum, et hic desinit aphorismus. Ex sequentibus vero aliis constituitur qui sic incipit: urina crassa, copiosa et alba effecta, qualis, &c.

APH. 78. Τινα φράστε : Oribasius addit  
ἰξασθε ; et in commentariis ait, aliud  
est quod dicit reperire, aliud sponte : re-  
pente enim est subito, sponte ex natura.

APH. 79. Η νέππαι : ex Orib. revocavimus.  
Hanc vero lectionem veram esse ex vi  
epid. parte 1. probatur, ubi, inter ceter-  
ras notas quibus in renibus calculum  
generari deprehendimus, arenosas subsi-  
dencias palam commemorat Hippocrates.

APH. 80. Καὶ οἱ τὸν εὐτίκα, ex MSS. B.  
et C. et ex Oribasio revocavimus.

APH. 81. Βαρῖς, post hanc vocem δὲ τῷ  
ἄρῳ legit Oribasius.

APH. 83. Post hunc aphorismum, apud  
Oribasium reperruntur aphorismi de urinâ  
qui in vulgatis leguntur sectione VII.  
ab aph. 31. usque ad 37.



---

## NOTÆ ET EMENDATIONES

### IN SECTIONEM QUINTAM.

APH. 1. ΘΑΝΑΣΙΜΟΝ : sic multi codices, vulg. θανάσιμος. Eadem ratione θανάσιμος mutavimus in aph. 2.

APH. 6. οὐαράζουσεν των : sic legimus, ex eo quod illud sit ex iis quæ maxime optantur: vulg. οὐαράζουσι.

APH. 7. Οἰσιδί: sic MS. F, vulg. ὄισθεν. Notandum tamen quod ὄισθεν sp̄ce ab Hippocrate sumatur pro ἡ, unde lectio vulgata retineri potest.

Tæn̄ormæ deest in Oribasio et Galeno, unde expungendum videtur, nam rarissime epilepsia sanatur post vigesimum-quintum annum: aut haç voce intelligendi sunt generatim morbi spasmodici quibus sp̄ce afficiuntur pueri et juvenes.

Post hunc aphorismum sequitur, in

Oribasio, aph. 57. sect. IV. qui sic legitur: «convulsioni aut distentioni febris acuta superveniens solvit ægritudinem». APH. 8. Ἐπομένος deest in Oribasio; τετταγί etiam abest, et pro μεδιστάσῃ, legitur μεδιστάσῃ.

APH. 10. Τριπλασία, Guinterius vertit: iis in pulmonem absceditur.

APH. 12. Ηγετηθόμενα, Guinterius vertit: si quod despunt et extussiunt.

Ἄρδον τὸς καρπῶν deest in Oribasio, et videtur glossemā.

APH. 13. Τετταγί; av.: sic codices C et F. vulgata habent, τετταγί εἰ τετταγί νοεται τοιούτον αὐταλγή γίνεται.

APH. 15. Hunc aphorismum sic vertit Guinterius: «costalis morbus die quarto - decimo, aut solvitur, aut in suppurationem vertitur, suppurationem autem quadragesimo die purgatur, aut in tabem transit».

APH. 16. Αἱμοφερῆς λεπτοθυμίαν, i.e. αἱματίας ιππήινην videtur legisse Oribasius.

APH. 17. Εὐτρύπει : sic M. B. Hæc vox deest in vulgatis.

APH. 19. Η μίνη deest in Oribasio, et in multis codicibus.

APH. 21. Εστὶ πάρτι ἔλατος, πλὴν ἡτοί γεράφη : vulgata habent εἰς πάρτι ἔλατον, μέγιστον; hæc vero lectio maxime obscura est: unde prætulimus Oribasii lectionem, quæ non solum magis perspicua est, sed etiam experientia consona; nam revera aqua calida, de qua hic sermo est, vulneri recenti non conductit, plus æquo irritat, & et, ut ait Oribadius, vulneratiſ recenter si calidam adhibueris, uberior fluet sanguis, sed postquam steterit vulturus et doluerit, calida purgantur et repellantur, cutem mollit et extenuat, et aliquando sine dolore rumpit. Præterea hæc lectio confirmatur aph. 19. hujus sectionis.

Kαὶ ὄκε : sic cum Oribasio; vulg. καὶ ὄκεσσα.

Kαὶ ὅραιμος : Oribadius & ὅρ. habet, quæ lectio optima est.

Aīudū.

Αἴρεται post hanc vocem vulgata addunt ἵστη ταῦτα; hæc vero expunximus, cum MS. F, et Galeno.

Ελλέγουνται post hanc vocem multi addunt, sed in omnibus codicibus scriptis deest.

APH. 24. Η κρύπτεται sic cum Oribasio. In vulgaris est desideratur.

APH. 25. Πνίζεται: Orib. videtur legisse εἰδύτης λόγοι καὶ ισχυράτει.

Δημήτριος: sic omnes codices quos vidi.

APH. 26. Cum sequenti aphorismus hic apud Oribasium jungitur, quod magnam lucem sententiaz valde obscuræ affundit.

Quænam sit aqua optima nos docet Hippocrates, leviorem sipientibus dari vult, et addit, ut observat Oribasius, «quando dabis nocte, si superdomierit is qui biberit, optimum est». In aphorismo 27, pro ἴστηται γι. Oribasius videtur legisse, ὅτι πάντες τάτας ἔστοιται... καὶ ἡ ἴστηται: hanc lectionem in nostra versione sequunti sumus. Hoc aphorismo

K

